

Dr. Jerzy Kowalski




CZYTANIA ŁACIŃSKIE

4980/68

[Faint handwritten mark]

4980/68

400



Dr. JERZY KOWALSKI
Profesor Uniwersytetu Jana Kazimierza we Lwowie

CZYTANIA ŁACIŃSKIE

DLA KLASY V i VI GIMNAZJÓW HUMANISTYCZNYCH I KLASYCZNYCH
ORAZ DLA KLASY III, IV i V GIMNAZJÓW KLASYCZNYCH DAWNEGO TYPU

Z 91 RYCINAMI ORAZ 6 MAPKAMI I PLANAMI

*L. bibl.
N: 1*

KURATORIUM
Okręgu Szkolnego Lwowskiego
w KATOWICACH
Ciepłoty Czerwut. Dział. Naucz. i
Inż. łac. i polsk.



M. J. Rozmy

LWÓW 1931
NAKŁAD I WŁASNOŚĆ K. S. JAKUBOWSKIEGO
SPÓŁKI Z OGR. ODP.

4980/68

7822

278829

II

WSZYSTKIE PRAWA ZASTRZEŻONE

Dm
Woj. Bibli. Pedagog. Lice
23.3.68 [10. v]

221



SPIS RZECZY

Cornelius Nepos

	Str.
Cornelius Nepos	1
Miltiades	1
Themistocles	3
Aristides	9
Alcibiades	10
<u>Hannibal</u>	15

Gaius Iulius Caesar

Gaius Iulius Caesar	23
Cezar powstrzymuje wędrowkę Helwetów do Galji (BG I, 1—29)	24
Brytanja i jej mieszkańcy (BG V, 12—14)	33
Obyczaje Gallów (BG VI, 11—20)	35
Obyczaje Germanów (BG VI, 21—24)	40
Obleżenie Alezji (BG VII, 68—90)	42
Cezar odradza listownie Cyceronowi przyłączać się do wojny domowej (Cicero Epp. ad Att. X, 8 b)	53

Marcus Tullius Cicero

Marcus Tullius Cicero	54
<u>Cycero doradza Katylinie, by opuścił Rzym</u> (In L. Catilinam I, 1—33)	60

Caius Sallustius Crispus

Caius Sallustius Crispus	72
Spisek Katyliny (BC 5—61) <i>56; 14—16; 56—61.</i>	73

Marcus Tullius Cicero

<u>Pro A. Licinio Archia poeta oratio ad iudices</u>	79
Cycero ogląda wille dla brata (Epp. ad Q. fr. III, 1, 1—7, 25)	89
Gawędy literackie (Epp. ad Att. II, 1, 1—2, 12)	90
Powrót Cycerona z wygnania do Rzymu (Epp. ad Att. IV, 1, 1—8)	92
Trudny wybór (Epp. ad Att. VIII, 3, 1—7)	95
Skrucha Cycerona po klęsce Pompejusza (Epp. ad Att. XI, 6, 1—7)	97
Wywczasy Cycerona (Epp. ad Att. XII, 40, 1—3)	99
Cezar w gościnie u Cycerona (Epp. ad Att. XIII, 52, 1—2)	100
Antonjusz oskarża Cycerona o moralny współdział w spisku na życie Cezara (Epp. ad Fam. XII, 3, 1—2)	102
Cycero wzywa do stanowczej rozprawy z Antonjuszem (Epp. ad Fam. XI, 12, 1—2)	102

Titus Livius

	Str.
Titus Livius	104
Założenie Rzymu (I, 1—16)	105
Bitwa nad jeziorem Trazymeńskim (XXII, 4—7)	114
Bitwa pod Kannami (XXII, 44—52)	117

Publius Ovidius Naso

Publius Ovidius Naso	124
Uwagi o wierszu daktylicznym	125
Cztery wieki (Met. I, 89—150)	130
Faeton (Met. II, 1—328)	132
Niobe (Met. VI, 204—312)	137
Dedal i Ikar (Met. VIII, 183—235)	141
Orfeusz i Eurydyka (Met. X, 1—77)	144
Śmierć Orfeusza (Met. XI, 1—84)	149
Keyks i Alkyone (Met. XI, 410—748)	152
Apoteoza śpiewaka (Met. XV, 871—879)	158
Święto Anny Perenny (F. III, 523—656)	158
Święto Quinquatrus (F. III, 809—834)	160
Święto Fortis Fortunae (F. VI, 771—784)	162
Ostatnia noc w Rzymie (Tr. I, 3, 1—100)	163
Do żony (Tr. III, 3, 1—88)	165
Życiorys poety (Tr. IV, 10, 1—132)	165
List do niewdzięcznego (Epp. ex P. IV, 3, 1—58)	170

Phaedrus

Phaedrus	172
Wilk i jagnię (I, 1)	173
Jeleń u źródła (I, 12)	174
Kruk i lis (I, 13)	175
Psy wygłodzone (I, 20)	176
Żaba i wół (I, 24)	176
Lis i bocian (I, 26)	177
Dwa muły i rabusie (II, 7)	178
Lis i winogrono (IV, 3)	178
Lis i kozioł (IV, 9)	178
O błędach ludzkich (IV, 10)	179
Wąż czyli szkodliwe miłosierdzie (IV, 19)	179

Objaśnienia językowe	1—121
Objaśnienia rzeczowe	1—59

Cornelius Nepos

Cornelius Nepos, ur. w Galji nad Padem, rówieśnik Cyncerona i Cezara, zmarł za panowania Augusta. Napisał: 1) Zarys dziejów powszechnych według epok (*Chronica*); 2) Przykłady rzeczy, które pierwszy raz się wydarzyły, t. j. niezwykłości wszelkiego rodzaju, dodatnie i ujemne (*Exempla*); 3) Życiorysy mężów zasłużonych (*De illustribus viris*) w różnych dziedzinach piśmiennictwa, a więc poetów, mowców, historyków, gramatyków, a także wodzów i królów.

Prócz drobnych fragmentów, z dzieł Neposa zachowała się tylko jedna księga z Życiorysami znakomitych wodzów narodów obcych (*De excellentibus ducibus exterarum gentium*), t. j. Greków, z wyjątkiem XIV życiorysu Karyjczyka Datamesa. Księga wodzów rzymskich i księga królów przepadły. Wiemy tylko, że Nepos, jak w kilkadziesiąt lat później grecki biograf Plutarch, porównywał wodzów greckich z rzymskimi. Natomiast w dodatku do 20 życiorysów zachowały się żywoty wodzów kartagińskich, Hamilkara Hannibala, dodane zapewne przez samego autora, oraz, z księgi historyków, żywot Katona Starszego i Atticusa, przyjaciela Neposa (w formie pochwały). Osobno wydał Nepos obszerniejsze życiorysy Katona i Cyncerona (zaginione).

Jak w innych dziełach, tak i w życiorysach, Nepos naśladuje Greków, korzysta z ich zapisków, wzoruje się na nich w układzie: zaczyna więc charakterystyką ogólną, z kolei wyłuszcza ród, wychowanie, czyny publiczne i życie prywatne (według rysów charakterystycznych, z anegdotami, a małą dbałością o ścisłość historyczną i chronologję), kończy zaś opisem śmierci. Głównie zajmuje go moralna wartość życia i dzieł bohaterów.

Pisze, jak większość autorów okresu klasycznego, starannie, okazując pewne upodobanie do łaciny starszej. Współczesnym zwyczajem dopuszcza wyrażenia i składnię potoczną, oraz t. zw. greczyzny łaciny ogładzonej. Pisząc zwięźle, nie unika jednak pewnych właściwości prozy cyncerońskiej, głównie w szyku wyrazów; a więc rozdziela części zdania, gramatycznie do siebie należące, orzeczenie umieszcza bardzo często na przedostatniem miejscu w zdaniu, dbając nierzadko o wygłos dźwięczny zdania (t. zw. klauzulę rytmiczną, głównie *ditrochaeus* ---, np. Żywot Miltjadesa 8, 4 *in timore*; Żywot Hannibala 13, 4 *iudicari*). Nepos w Polsce, por. Szczepański, „Kultura klasyczna w zarysie“, str. 97.

Miltiades, Cimōnis filius, Atheniensis

4. I. Druga wyprawa Persów na Grecję (490 r.)

Persarum rex Darēus, hortantibus amicis, ut Graeciam redigēret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit eique Datim praefecit et Artaphernem iisque ducenta

peditum, decem equitum milia dedit, causam interserens se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones Sardis expugnassent suaque praesidia interfecissent.

2. Illi praefecti regii classe ad Euboeam appulsā celeriter Eretriam cepērunt omnēsque eius gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt ac suas copias in campum Marathōna deduxerunt. Is abest ab oppidō circiter milia passuum decem.

3. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt Phidippumque cursorem eius generis, qui hemerodromoe vocantur, Lacedaemonem miserunt, ut nuntiaret quam cellerrimo opus esse auxilio. 4. Domi autem creant decem praetores, qui exercitui praeesent, in eis Miltiadem.

5. II. Bitwa pod Maratonem (490 r.)

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses. Ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem milia armatorum completa sunt, quae manus mirabili



Mogiła stu dziewięćdziesięciu dwu Ateńczyków, poległych pod Maratonem.

flagrabat pugnandi cupiditate. 2. Quo factum est ut plus quam collegae Miltiades valeret.

Eius ergo auctoritate impulsī Athenienses copias ex urbe eduxerunt locoque idoneo castra fecerunt. 3. Dein postero die sub montis radicibus acie regione instructa non apertissima

(namque arböres multis locis erant rarae) proelium commiserunt, hoc consilio ut et montium altitudine tegerentur et arbörum tractu equitatus hostium impeditur.

4. Datis etsi non aequum locum vidēbat suis, tamen fretus numēro copiārum suārum configere cupiebat, eoque magis quod, priusquam Lacedaemonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem milia produxit proeliumque commisit.

5. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplacem numerum hostium profligarint, adeoque eos perterruerunt, ut Persae non castra, sed naves petierint. Quae pugna nihil adhuc existit nobilius; nulla enim umquam tam exigua manus tantas opes prostravit.

III. Oskarżenie i śmierć Miltjadesa

7.

5. Accusatus est prodicionis, quod, cum Parum expugnare posset, a rege corruptus, infectis rebus discessisset. Eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. Itaque cum ipse pro se dicere non posset, verba fecit frater eius.

6. Causa cognita capitis absolutus, pecunia multatus est. Hanc pecuniam quod solvere in praesentia non poterat, in vincula publica coniectus est ibique diem obiit supremum.

IV. Przyczyny skazania

8.

Hic etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia causa fuit damnationis. Namque Athenienses propter Pisistrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, nimiam civium suorum potentiam extimescebant. 2. Miltiades, multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus. 4. Haec populus respiciens maluit illum innoxium plecti quam se diutius esse in timore.

Themistocles, Neocli filius, Atheniensis

I. Młodość Temistoklesa

1.

Huius vitia ineuntis adulescentiae magnis sunt emendata virtutibus, adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur.

2. Pater eius Neocles generosus fuit. Is uxorem Acarnanam civem duxit, ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus esset probatus parentibus, quod liberius vivebat et rem familiarem neglegebat, a patre exheredatus est.

3. Quae contumelia non fregit eum, sed erexit. Nam cum iudicasset sine summa industria non posse eam extinguere, totum

se dedidit rei publicae, diligentius amicis famaéque serviens. Multum in iudiciis privatis versabatur, saepe in contionem populi prodibat; nulla res maior sine eo gerebatur; celeriter, quae opus erant, reperiēbat, facile eadem oratione explicabat. 4. Neque minus in rebus gerendis promptus quam excogitandis erat, quod et de instantibus, ut ait Thucydides, verissime iudicabat, et de futuris callidissime coniciebat. Quo factum est ut brevi tempore illustraretur.



Popiersie Temistoklesa.
Muzeum Watykańskie.

2. Nam cum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratum quotannis interiret, ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. 3. Qua celeriter effecta primum Corcyraeos fregit, deinde maritimos praedones consectando mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses.

III. W obliczu najazdu Kserksesa

4. Id quantae salutis fuerit universae Graeciae,

bellum cognitum est Persico. Nam cum Xerxes et mari et terra bellum universae inferret Europae cum tantis copiis, quantas

II. Zasługi wojenne. Budowa floty

2.

Primus autem gradus fuit capessendae rei publicae bello Corcyraeo. Ad quod gerendum praetor a populo factus, non solum praesenti bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem.

2. Nam cum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratum quot-



Delfy. Droga Święta i szczątki Wielkiego Ołtarza.

neque ante nec postea habuit quisquam, (6) huius de adventu cum fama in Graeciam esset perlata et maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam, miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. Deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent.

7. Id responsum quo valeret, cum intellegeret nemo, Themistocles persuasit consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent: eum enim a deo significari murum ligneum.


8. Tali consilio probato addunt ad superiores totidem naves triremes suaque omnia, quae moveri poterant, partim Salamina, partim Troezena deportant, arcem sacerdotibus paucisque maioribus natu ad sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.



Triera attycka. Płaskorzeźba na Akropolis w Atenach.

3. IV. Bitwa w Termopilach (480 r.)

Huius consilium plerisque civitatibus displicebat et in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida,



Lacedaemoniorum rege, qui Thermopylas occuparent longiusque barbaros progredi non paterentur. Ii vim hostium non sustinuerunt eoque loco omnes interiērunt.

V. Bitwa pod Artemizjum (480 r.)

2. At classis communis Graeciae trecentarum navium, in qua ducentae erant Atheniensium, primum apud Artemisium inter Euboeam continentemque terram cum classiariis regis conflictit. Angustias enim Themistocles quaerebat, ne multitudinem circumiretur.

3. Hinc etsi pari proelio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere, quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Euboeam superasset, ancipiti premerentur periculo. Quo factum est ut ab Artemisio discederent et exadversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent.

VI. Wahania sprzymierzeńców przed bitwą pod Salaminą (480 r.)

4.

At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus accessit astu idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in arce invenerat, incendiō delēvit. 2. Cuius flammā perterriti classiarii cum manere non auderent et plurimi hortarentur, ut domos suas discederent moenibusque se defenderent, Themistocles unus restitit et universos pares esse posse aiēbat, dispersos testabatur perituros, idque Eurybiadi, regi Lacedaemoniorum, qui tum summae imperii praeerat, fore affirmabat.

VII. Podstęp Temistoklesa uwieńczony zwycięstwem

3. Quem cum minus quam vellet, moveret, noctu de servis suis quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nuntiaret suis verbis, adversarios eius in fuga esse: 4. qui si discessissent, maiore cum labore et longinquiore tempore bellum confecturum, cum singulos consecrari cogeretur; quos si statim aggrederetur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valēbat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogerentur.

5. Hac re audita barbarus, nihil doli subesse credens, postridie alienissimō sibi loco, contra opportunissimō hostibus, ad eō angustō mari conflictit, ut eius multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis etiam consilio Themistocli, quam armis Graeciae.

VIII. Zasługi w czasie pokoju. Obwarowanie portu

6. Pirejskiego i odbudowa murów (478—476 r.)

Magnus hoc bello Themistocles fuit neque minor in pace. Cum enim Phalerico portu neque magno neque bono Athenien-




Widok na port Pirejski.

ses uterentur, huius consiliō triplex Piraei portus constitutus est iisque moenibus circumdatus ut ipsam urbem dignitate aequiperaret, utilitate superaret. 2. Idem muros Atheniensium restituit.

8. IX. Wygnanie Temistoklesa (470 r.)

Tamen non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testularum suffragiis e civitate eiectus, Argos habitatum concessit. 2. Hic cum propter multas virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens damnatus est.



Skorupka (tabliczka gliniana) z imieniem Temistoklesa, znaleziona w Atenach.

9. X. Temistokles na dworze Artakserksesa

Scio plerósque ita scripsisse, Themistöclem Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thucydīdi credo. Is autem ait ad Artaxerxem eum venisse atque his verbis epistulam misisse: 2. „Themistöcles



veni ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in domum tuam intuli, quamdiu mihi necesse fuit adversum patrem tuum bellare patriamque meam defendere. 4. Te autem rogo, ut de iis rebus, quas tecum colloqui volo, annum mihi tempus des eoque transactö ad te venire patriaris.“

Popiersie Tuczdydesa. Zamek Holkham Hall, w Angliji, Norfolkshire.

veniam dedit. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum se dedidit. Quibus ad eö eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam ii poterant, qui in Perside erant nati.

2. Hic cum multa regi esset pollicitus, magnis muneribus ab Artaxerxe donatus, in Asiam rediit domiciliümque Magnesiae sibi constituit.

XI. Powodzenie u dawnych wrogów

10. Huius rex animi magnitudine admirans cupiensque talem virum sibi conciliari, omne illud tempus litteris sermonique Persarum se dedidit. Quibus ad eö eruditus est, ut multo com-



Wykopaliska w Magnezji (portyk dokoła rynku).

XII. Wiadomości o śmierci i grobie Temistoklesa

4. De cuius morte multimodis apud plerósque scriptum est, sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum neque negat fuisse famam, venenum suä sponte sumpsisse, cum se, quae regi de Graeciä opprimendä pollicitus esset, praestare posse desperaret.

5. Idem ossa eius clam in Attica ab amicis sepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis esset damnatus, memoriae prodidit.

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis

I. Współzawodnictwo między Arystydesem a Temistoklesem

1.

Aequalis fere fuit Themistocli atque cum eo de principatu contendit; namque obtrectarunt inter se. 2. In his autem cognitum est, quanto antestaret eloquentia innocentiae. Quanquam enim ad eum excellēbat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quem quidem nos audierimus, cognomine iustus sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa, exilio decem annorum multatus est.



Popiersie Arystydesa. Muzeum Kapitołińskie w Rzymie.

II. W dniu sądu skorupkowego (484/3 r.)

3. Qui quidem cum intellegeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadvertisset quendam scribentem, ut patriam pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret aut quid Aristides commisisset, cur tantam poenam dignus duceretur. 4. Cui ille respondit se ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut praeter ceteros iustus appellaretur.

III. Powrót i udział w wojnie perskiej (480—479 r.)

5. Hic decem annorum legitimam poenam non pertulit, nam, postquam Xerxes in Graeciam descendit, sexto fere anno, quam erat expulsus, populi scito in patriam restitutus est.

2.

Interfuit autem pugnae navali apud Salamina, quae facta est prius, quam poenam liberaretur. Idem praetor fuit Atheniensium apud Plataeas in proelio, quo fusus barbarorum exercitus Mardoniusque interfectus est.

IV. Przodownictwo Aten na morzu (477 r.)

2. Neque aliud ullum est huius in re militari illustre factum quam eius imperii memoria, iustitiae vero et aequitatis et innocentiae multa, in primis quod huius aequitate factum est, cum in communi classe esset Graeciae simul cum Pausaniā (quō duce Mardonius erat fugātus), ut summa imperii maritimi ab Lacedaemoniis transferretur ad Athenienses.

3. Namque ante id tempus et mari et terrā duces erant Lacedaemonii, tum autem et intemperantiā Pausaniae et iustitiā factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se applicarent et adversus barbāros hos duces deligērent sibi.

3.

V. Skarb związkowy

Quos quō facilius repellērent, si forte bellum renovāre conarentur, ad classes aedificandas exercitūque comparandos quantum pecuniae quaeque civitas daret, Aristides delectus est qui constituēret; eiusque arbitriō quadringēna et sexagēna talenta quotannis Delum sunt collāta: id enim commune aerarium esse voluerunt. Quae omnis pecunia postērō tempore Athēnas translāta est.

VI. Zgon sprawiedliwego



Popiersie Alcybjadesa.
Muzeum Kapitolińskie
w Rzymie.

2. Hic quā fuērit abstinentiā, nullum est certius indicium quam quod, cum tantis rebus praefuisset, in tantā paupertate decessit, ut, qui efferrētur, vix reliquērit.

3. Quō factum est ut filiae eius publice alerentur et de communi aerario dotibus datis collocarentur.

Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athēnis erat expulsus.

Alcibiādes, Cliniae filius, Atheniensis

1. I. Postać Alcybjadesa

In hoc natura quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes,

qui de eō memoriae prodidērunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus; 4. ut omnes admirarentur in unō homīne tantam esse dissimilitudīnem tamque diversam naturam.

2. II. Ród i wychowanie

Educātus est in domo Pericli (privignus enim eius fuisse dicitur), eruditus a Socrāte. Socerum habuit Hipponicum, omnium Graecā linguā loquentium ditissimum, ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona eminisci neque maiora posset consequi, quam vel natura vel fortuna tribuerat.



Popiersie Sokratesa.
Muzeum Kapitolińskie
w Rzymie.

III. Wyprawa sycylijska (415—413 r.)

3. Bellō Peloponnesiō huius consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt. Ad quod gerendum ipse dux delectus est, duo praeterea collēgae dati, Nicia et Lamachus.

IV. Uszkodzenie herm w Atenach (415 r.)

2. Id cum appararētur, prius quam classis exiret, accidit ut unā nocte omnes Hermae, qui in oppidō erant Athenis, decerentur praeter unum. 3. Hoc cum appareret non sine magnā




Herma. Gliptoteka w Monachjum.

multōrum consensione esse factum, quae non ad privātam, sed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est iniectus, ne qua repentina vis in civitate existēret, quae libertatem opprimeret populi.

V. Podejrzenia przeciw Alcibiadesowi

4. Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et maior, quam privatus, existimabatur: multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam operam forensi suos reddiderat.



Syrakuzy. Teatr rzymski z czasów Augusta.

et potentior et maior, quam privatus, existimabatur: multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam operam forensi suos reddiderat.

6. Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod

nefas erat more Atheniensium, idque non ad religionem, sed ad coniurationem pertinere existimabatur.

VI. Odwołanie z dowództwa

4.

Hoc crimine in contione ab inimicis compellabatur. Sed instabat tempus ad bellum proficiscendi. Id ille intuens neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, si quid de se agi vellent, potius de praesente quaestio haberetur, quam absens invidiae crimine accusaretur. 2. Inimici vero eius quiescendum in praesentia, quia noceri non posse intellegebant, et illud tempus exspectandum decreverunt, quod exisset, ut absentem aggrederentur, itaque fecerunt. 3. Nam postquam in Siciliam eum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset, reum fecerunt.

Qua de re cum ei nuntius a magistratu in Siciliam missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret, essetque in magna spe provinciae bene administrandae, non parere noluit et in trirēm, quae ad eum erat deportandum missa, ascendit.

VII. Ucieczka do Sparty (415 r.)

4. Hac Thurios in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia crudelitatem erga no-

biles, utilissimum ratus impendentem evitare tempestatem, clam se ab custodibus subduxit et inde primum Elidem, dein Thebas venit. 5. Postquam autem se capitis damnatum bonis publicatis audivit, Lacedaemonem demigravit.

6. Ibi, ut ipse praedicare consuevit, non adversus patriam, sed inimicos suos bellum gessit, qui eidem hostes essent civitati; nam cum intellegent se plurimum prodesse posse rei publicae, ex ea eiecisse plusque irae suae quam utilitati communi paruisse.

VIII. Wątpliwości Spartan

5.

Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri praestantem prudentiam in omnibus rebus cognoscere, perlimuerunt, ne caritate patriae ductus, aliquando ab ipsis descisceret et cum suis in gratiam rediret. Itaque tempus eius interficiendi quaerere instituerunt.

2. Id Alcibiades diutius celari non potuit; erat enim ea sagacitate, ut decipi non posset, praesertim cum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem, praefectum regis Darai, se contulit.

IX. Na nowo w służbie ojczyzny (411 r.)

4. Post suffragante Theramene populi scito restituitur patrique absens imperio praeficitur simul cum Thrasybulo et Theramene. 5. Horum in imperio tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paulo ante victores vigerant, perterriti pacem petere.

X. Powrót (408 r.)

7. Ita praeda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis Athenas venerunt.

6.

His cum obviam universa civitas in Piraeum descendisset, tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad eius trirēmum vulgus confluere, proinde ac si solus advenisset. 2. Sic enim populo erat persuasum, et adversas superiores et praesentes secundas res accidisse eius opera. 5. Restituta ergo huic sunt publice bona.

XI. Alcibiades opuszcza na zawsze Ateny (408/7 r.)

7.

Haec Alcibiadis laetitia non nimis fuit diuturna. Nam cum ei omnes essent honores decreti totaque res publica domi bellicae tradita, ut unus arbitrio gereretur, et ipse postulasset, ut duo sibi colligae darentur, Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe in Asiam profectus, quod apud Cymen minus ex sententia rem gesserat, in invidiam recidit (2. nihil enim eum non efficere posse dicebant): corruptum a rege Cymen capere noluisse arguebant.

4. Id ille ut audivit, domum reverti noluit, manumque collectam primus Graecae civitatis in Thraciam introiit, gloriosius existimans barbarorum praedam locupletari, quam Graiorum.
5. Quam ex re creverat cum fama tum opibus.

XII. Alcibiades napróžno stara się zapobiec klęsce nad Ajgospotamoj (405 r.)

8.

Neque tamen a caritate patriae potuit recedere. Nam cum apud Aegos flumen Philocles, praetor Atheniensium, classem constituisset suam neque longe abesset Lysander, praetor Lacedaemoniorum, (2) Alcibiades ad exercitum venit Atheniensium ibique praesente vulgo agere coepit: si vellent, se coacturum Lysandrum dimicare aut pacem petere; Lacedaemonios eo nolle classe configere, quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent; 3. sibi autem esse facile Seuthem, regem Thracum, adducere, ut eum terram depelleret; quo facto, necessario aut classe conflicturum aut bellum compositurum.

4. Id etsi vere dictum Philocles animadvertēbat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se Alcibiade recepto nullius momenti apud exercitum futurum. 5. Ab hoc discēdens Alcibiades: „quoniam“ inquit „victoriae patriae repugnans, illud monēo iuxta hostem castra habēas nautica; periculum est enim, ne immodestia militum vestrorum occasio detur Lysandro nostri opprimendi exercitus.“

6. Neque ea res illum fefellit. Nam Lysander, cum per speculatores comperisset vulgum Atheniensium in terram praedatum exisse navisque paene inanes relictas, tempus rei gerendae non dimisit eoque impetum bellum totum delēvit.

XIII. Alcibiades w Tracji

9.

At Alcibiades, victis Atheniensibus non satis tuta eadem loca sibi arbitrans, penitus in Thraciam se supra Propontidem

abdīdit, sperans ibi facillīme suam fortunam occūli posse. 2. Falso; nam Thraces, postquam eum cum magnā pecuniā venisse sensērunt, insidias fecērunt eaque, quae apportarat, abstulērunt, ipsum capere non potuērunt.

XIV. W gościnie u Farnabaza (404 r.)

3. Ille cernens nullum locum sibi tutum in Graeciā propter potentiam Lacedaemoniōrum, ad Pharnabāzum in Asiam transiit; quem quidem adēo suā cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. 4. Quā fortunā Alcibiādes non erat contentus neque Athēnas victas Lacedaemoniis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione.

10. XV. Knowania 30 tyranów (404 r.)

Hoc cum molirētur, eodem tempore tyranni Atheniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserant, qui eum certiorē facerent, nisi Alcibiādem sustulisset, nihil eorum rerum fore ratum, quas ipse Athēnis constituisset. 2. His Laco rebus commotus, statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabāzō.

XVI. Zagłada (404 r.)

3. Satrapes misit Susamithrem et Bagaem ad Alcibiādem interficiendum. 4. Illi cum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eaque succenderunt, ut incendio conficerent, quem manū superari posse diffidebant.

5. Ille autem ut sonitū flammae est excitatus, id quod in praesentia vestimentorum fuit, arripit. His in ignem coniectis flammae vim transiit. 6. Quem ut barbari incendium effugisse viderunt, telis eminus missis interfecerunt.

Sic Alcibiādes annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum.

Hannibal, Hamilcāris filius, Karthaginiensis

I. Postać Hannibala

1. Wielkość

1.

Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romānus omnes gentes virtute superarit, non est infitandum Hannibalem tantō praestitisse cetēros imperatōres prudentiā, quantō populus

Romānus antecēdat fortitudīne cunctas natiōnes. 2. Nam quotienscumque cum eō congressus est in Italia, semper discessit superior.

Quod nisi domi civiū suōrum invidiā debilitātus esset, Romānos vidētur superāre potuisse; sed multōrum obtrectatio devicit unius virtūtem.

2. Idea

3. Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romānos sic conservāvit, ut prius animam quam id deposuērit; qui quidem, cum patriā pulsus esset et alienārum opum indigēret, numquam destitērit animō bellāre cum Romānis.

2.

Omnium iis temporibus potentissimus rex Antiōchus fuit. 2. Ad quem cum legati venissent Romāni idque Hannibal comperisset, tempore datō adiit ad regem, eique cum multa de fide suā (3) et odio in Romānos commemorasset, hoc adiunxit:



Fragment ruin Kartaginy. Zdjęcie prof. dr. J. Kowalskiego.

„pater meus“ inquit „Hamilcar puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Karthagine Iovi optimo maximo hostias immolavit. 4. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me vellēme secum in castra proficisci.

„Id cum libenter accepissem atque ab eō petere coepissem, ne dubitaret ducere, tum ille: „faciam“, inquit „si mihi fidem, quam postulo, dedēris.“ Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituērat, eamque ceteris remōtis tenentem iurare iussit numquam me in amicitia cum Romanis fore.

„Id ego ius iurandum, patri datum, usque ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat quin reliquō tempore eadem mente sim futurus.“

II. Przynsposobienie wojenne w Hiszpanji (237—220 r.)

3.

Hac igitur, quā diximus, aetate cum patre in Hispaniam profectus est. Cuius post obitum Hasdrubale imperatore suffectō, equitatu omni praefuit. Hoc quoque interfectō exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Karthaginem delatum, publice comprobatum est.

III. Objęcie dowództwa. Zdobycie Saguntum (219 r.)

2. Sic Hannibal, minor quinque et viginti annis natus imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit, Saguntum, foederatam civitatem, vi expugnavit, tres exercitus maximos comparavit. 3. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit.

IV. Przejsćie Alp (218 r.)

Saltum Pyrenaeum transiit. Quaecumque iter fecit, cum omnibus incolis confligit; neminem nisi victum dimisit. 4. Ad Alpes posteaquam venit, quā Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Graium transierat (quō factō is hodie saltus Graius appellatur), Alpes conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera munivit, effecit ut ea elephantus ornatus ire posset, quā antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

4. V. Bitwy nad Ticinus i Trebja (218—217 r.)

Confluxerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione consule eumque pepulerat. Cum hoc eodem Clastidii apud Padum decernit sauciumque inde ac fugatum dimittit. 2. Tertio idem

Scipio cum collega Ti. Longo apud Trebiam adversus eum venit. Cum iis manum conseruit, utrosque profligavit.

VI. Przejście Apeninów i bitwa nad jeziorem Trazynieńskim (217 r.)

Inde per Ligures Appenninum transiit, petens Etruriam. 3. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea numquam dextro bene usus sit. Quae valetudine cum etiamnum premeretur lecticaeque ferretur, C. Flaminium consulem apud Trasumennum cum exercitu insidiis circumventum occidit, neque multo post C. Centenium praetorem cum delecta manu saltus occupantem.

VII. Bitwa pod Kannami (216 r.)

4. Hinc in Apuliam pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo consules, C. Terentius et L. Aemilius. Utriusque exercitus uno proelio fugavit, Paulum consulem occidit et aliquot praetera consulares, in eis Cn. Servilium Geminum, qui superiore anno fuerat consul.

5. VIII. Hannibal u bram Rzymu (211 r.)

Hac pugna pugnata Romam profectus est nullo resistente. In propinquis urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset et Capuam reverteretur, Q. Fabius Maximus, dictator Romanus, in agro Falerno ei se obiecit.

2. Hic clausus locorum angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit Fabioque, callidissimo imperatori, dedit verba. Namque obducta nocte sarmenta in cornibus iuvenorum deligata incendit eiusque generis multitudinem magnam dispalatam immisit. Quo repentino visu obiecto tantum terrorem iniicit exercitui Romanorum, ut egrēdi extra vallum nemo sit ausus.

IX. Walki w środkowej i południowej Italji (216—208 r.)

3. Hanc post rem gestam non ita multis diebus M. Minucium Rufum, magistrum equitum fugavit. Ti. Sempronium Gracchum, iterum consulem, in Lucanis absens in insidias inductum sustulit. M. Claudium Marcellum, quinquies consulem, apud Venusiam pari modo interfecit.

4. Longum est omnia enumerāre proelia. Quare hoc unum satis erit dictum, ex quō intellēgi possit, quantus ille fuērit: quamdū in Italiā fuit, nemo ei in acīe restitit, nemo adversus eum post Cannensem pugnam in campo castra posuit.

6. X. Wojna w Afryce (204—201 r.)

Hinc invictus patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipiōnem, filium eius quem ipse primō apud Rhodānum, itērum apud Padum, tertiō apud Trebiam fugarat. 2. Cum hoc exhaustis iam patriae facultatibus cupivit impraesentiarum bellum componere, quō valentior postea congredereetur. Inde colloquium convenit, condiciones non convenērunt.

3. Post id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit; pulsus, incredibile dictū, biduo et duabus noctibus Hadrumētum pervēnit, quod abest ab Zamā circiter milia passuum trecenta. 4. In hac fuga Numidae, qui simul cum eō ex acie excesserant, insidiati sunt ei. Quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit, Hadrumēti reliquos e fuga collegit, novis dilectibus paucis diebus multos contraxit.



P. Cornelius Scipio Africanus. Muzeum Kapitolińskie w Rzymie.

7. XI. Koniec drugiej wojny punickiej (201 r.)

Cum in apparandō acerrime esset occupatus, Karthaginenses bellum cum Romānis composuerunt. Ille nihilō setius exercitū postea praefuit resque in Africā gessit usque ad P. Sulpicium C. Aurelium consules.

XII. Odwołanie Hannibala z dowództwa (199 r.)

2. His enim magistratibus legati Karthaginenses Romam venērunt, qui senatūi populōque Romānō gratias agērent, quod cum iis pacem fecissent, ob eamque rem coronā aurēā eos donarent simulque petērent, ut obsides eorum Fregellis essent captivique redderentur. 3. His ex senātūs consulto responsum est: munus eorum gratum acceptumque esse; obsides, quō loco rogārent, futuros; captivos non remissuros, quod Hannibalem, cuius operā susceptum bellum foret, inimicissimum nomīni Ro-

mānō, etiānum cum imperiō apud exercitum habērent itē-
que fratrem eius Magōnem.

4. Hoc responsō Karthaginienses cognīto Hannibālem do-
mum et Magōnem revocārunt. Huc ut rediit, rex factus est, post-
quam imperātor fuērat, annō secundo et vicesimō; ut enim Ro-
mae consules, sic Karthagine quotannis annūi bini reges crea-
bantur.

XIII. Działalność publiczna Hannibala (197 r.)

5. In eō magistrātū pari diligentia se Hannibal praebuit, ac
fuērat in bellō. Namque effecit ex novis vectigalibus non solum
ut esset pecunia, quae Romānis ex foedere penderetur, sed etiam
superesset quae in aerariō reponeretur.

XIV. Uciezka i wygnanie (196 r.)

6. Déinde M. Claudīo L. Furiō consulibus Romā legāti Kar-
thaginē venērunt. Hos Hannibal ratus sui exposcendi gratia
missos, priusquam iis senātus darētur, navem ascendit clam
atque in Syriam ad Antiōchum perfūgit. 7. Hac re palam factā
Poeni naves duas, quae eum comprehendērent, si possent con-
sequi, miserunt, bona eius publicarunt, domum a fundamentis
dissecērunt, ipsum exsulem iudicārunt.

XV. Próba pozyskania Kartaginy dla przymierza z Antjochem (193 r.)

At Hannibal annō quartō, postquam domō profugerat,
L. Corneliō Q. Minuciō consulibus cum quinque navibus Afri-
cam accessit in finibus Cyrenaeōrum, si forte Karthaginienses
ad bellum Antiōchi spe fiduciaque inducere posset; cui iam per-
suasērat, ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur.

Huc Magōnem fratrem excivit. 2 Id ubi Poeni resciverunt,
Magōnem eadem, quā fratrem, absentem affecerunt poenā. Illi
desperātis rebus cum solvissent naves ac vela ventis dedissent,
Hannibal ad Antiōchum pervēnit. De Magōnis interitū duplex
memoria prodita est; namque alii naufragio, alii a servulis ipsius
interfectum eum, scriptum reliquerunt.

XVI. W służbie Antjocha (196—190 r.)

3. Antiōchus autem si tam in agendō bellō consiliis eius
parere voluisset, quam in suscipiendō instituērat, propius Tibēri

quam Thermopylis de summā imperii dimicasset. Quem etsi multa stulte conari videbat, tamen nullā deseruit in re. 4. Praefuit paucis navibus, quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere, iisque adversus Rhodiōrum classem in Pamphylīo mari conflixit. Quo cum multitudine adversariōrum sui superarentur, ipse, quo cornū rem gessit, fuit superior.

XVII. Nowe tułaczki

9.

Antiōchō fugātō verens ne dederetur, quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem, Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quō se conferret, consideraret.

10.

Sic ad Prusiam in Pontum pervenit. Apud quem eodem animō fuit erga Italiam neque aliud quicquam egit, quam regem armavit et exacuit adversus Romanos. 2. Quem cum videret domesticis opibus minus esse robustum, conciliabat ceteros reges, adiungēbat bellicosas nationes.

XVIII. Zabiegi Rzymu

12.

Quae dum in Asia geruntur, accidit casū ut legāti Prusiae Romae apud T. Quintium Flamininum consularem cenarent atque ibi de Hannibale mentione facta ex iis unus diceret eum in Prusiae regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. 2. Patres conscripti, qui Hannibale vivo numquam se sine insidiis futuros existimarent, legatos in Bithyniam miserunt, in eis Flamininum, qui ab rege peterent, ne inimicissimum suum secum haberet sibi que dederet.

3. His Prusia negare ausus non est; illud recusavit, ne id a se fieri postularent, quod adversus ius hospitii esset: ipsi si possent, comprehendere; locum, ubi esset, facile inventuros.

XIX. Osaczenie (182 r.)

Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello quod ei a rege datum erat muneri, idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitus haberet, scilicet verens ne usū veniret, quod accidit.

4. Huc cum legāti Romanorum venissent ac multitudine domum eius circumdedissent, puer ab ianua prospiciens Hannibali dixit plures praeter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores aedificii circumiret ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo undique obsideretur.

Puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit id non fortuito factum, sed se peti neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consuevit, sumpsit.

13.

Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquieuit septuagesimo.

Gaius Iulius Caesar

Gaius Iulius Caesar (100–44 r.), z wybitnego rodu, spowinowany z wielkim wodzem pochodzącym z ludu, Marjuszem (um. 87 r.), przyłączyła się od wczesnej młodości do stronnictwa popularów. W r. 68 *quaestor* w Hiszpanji, w r. 65 jako *aedilis curulis* urządzaniem widowisk zabiega o względy ludu, w r. 63 osłania oskarżonego Katylinę, w r. 62 *praetor*, w r. 61 jako *propraetor* uśmierza niepokoje w Hiszpanji i gromadzi majątek, w r. 60 wraca do Rzymu jako *imperator* i zawiera triumwirat z Pompejuszem, przywódcą stronnictwa senatorskiego i z bogatym Krassusem, zapewniając sobie konsulat na r. 59. Jako *proconsul pro-rogatō imperiō*, przeprowadza w latach 58–50 uspokojenie Galji i w powrocie do Italji przekracza w r. 49 na czele wojsk Rubikon, dociera do Brundisium, zmuszając Pompejusza do ucieczki do Grecji, i zajmuje Rzym. Szybko odnosi jedno zwycięstwo po drugim: w r. 48 pod Pharsalos w Tesalji rozbija wojsko Pompejusza, który ucieka do Egiptu i ginie zamordowany na wybrzeżu przed Aleksandrją. Cezar zdobywa Aleksandrję (48–47), zwycięża republikanów pod Thapsus w Afryce w r. 46, święci w Rzymie w r. 46 poczwórny triumf: nad Galją, Aleksandrją, Pontem (gdzie odniósł zwycięstwo nad Pharnacesem pod Zelą w r. 47: *veni, vidi, vicī*) i nad Afryką, a z pominięciem wojen domowych. W r. 45 łamie w Hiszpanji pod Mundą pompejańczyków; w pełni działalności ustawodawczej ginie jako jedynowładca, zamordowany w Rzymie 15 marca 44 r.

W młodości uprawiał poezję i wygłaszał mowy. Potem zajmował się zagadnieniami gramatycznymi w 2 księgach *De analogiā* i stoczył polemikę z pismem Cycerona *Caton* w odpowiedzi p. t. *Anticēdo*. Dzieło *Commentarii de bellō Gallicō* (ks. 7, lata 58–52) powstało w zimie r. 52/51, *Commentarii de bellō civili* (3 lub 2 ks., lata 49–48) w r. 46 (nie wydane przez autora, nie otrzymały ostatecznego wygładzenia stylistycznego). Księgę VIII *De bellō Gallicō* dodał legat Hirtius, być może także



Statua Juljusza Cezara.
Muzeum Kapitołińskie
w Rzymie.


on to uzupełnił *Komentarze wojny domowej* opisem oblężenia Aleksandrii, p. t. *Bellum Alexandrinum*; od innych oficerów pochodzą *Bellum Africum* i *Bellum Hispaniense*.

Cezar naśladuje styl sprawozdań, jakie urzędnik zawiadujący prowincją przysyłał senatowi; główną więc cechą jego pióra jest rzeczowość i jasność (nie unikająca powtarzań wyrażen i zwrotów). Charakterowi takich pamiętników odpowiada stylizacja staranna, ale nie odbiegająca od sposobu wysłowienia ustnego i nie zdobna. Rzeczowości opowiadania szkodzi, że Cezar pragnie dowieść, że zawsze był stroną zwyciężoną. W opisie oblężenia Alesji Cezar zręcznie skupia perypetje bitwy wokół swojej osoby i rozstrzygające poruszenia strategiczne uzależnia od swych zarządzeń. Chociaż nie stara się uprzytomnić doniosłości i bezprzykładnej grozy tej bitwy, w rzeczywistości była ona koroną dzieła lat ośmiu i najrzadszym przykładem zakończenia wojny z wieloma ludami przez oblężenie głównego ogniska powstania; oblegający był równocześnie osaczony przez przeciwnika w kraju niezabezpieczonym na tyłach.

Chociaż głównie zajmują go szczegóły wojskowe, tu i owdzie, idąc za wzorami greckimi, rzuca rysy geograficzne, etnograficzne, maluje ustroje społeczne i osądza obyczaje. Zresztą czuje się związany charakterem pamiętników, jakgdyby pisanych po każdym wydarzeniu, dlatego sprawozdania jego są opisowe, a brak im rozumowania przyczynowego i ujmowania całości; urzędnik zawiadamia swą władzę o szczegółach swojej działalności (zazwyczaj wojskowej), nie znajdując

miejsca na bliższe wyjaśnienia.

Cezar w Polsce, por. Szczepański, „Kultura klasyczna w warszawie”, str. 95.



Termy cesarza Juljana w Paryżu, przy bulwarze Saint-Germain.

Cezar powstrzymuje wędrówkę Helwetów do Galji (Caesar BG I, 1—29)

1. I. Ludy Galji

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. 2. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garunna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit.

3. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propte-

rēa quod a cultū atque humanitāte provinciae longissīme absunt minimēque ad eos mercatōres saepe commēant atque ea, quae ad effeminandos anīmos pertinent, important (4) proximique sunt Germānis, qui trans Rhenum incōlunt, quibūscum continen-



Łuk triumfalny Marjusza w Orange.

ter bellum gerunt. Quā de causā Helvetii quoque reliquos Gallos virtūte praecēdunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eōrum finibus bellum gerunt.

II. Pierwsze próby
2. Helwetów

Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetōrix. Is M. Messala M. Pisōne consulibus, regni cupiditate inductus, coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: 2. perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. 3. Id hoc facilius iis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur; 5. pro magnitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant.



Most i akwedukt rzymski na rzece Gard, koło Nîmes.

3.

His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti, constituērunt ea, quae ad proficiscendum pertinērent, comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere,

sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppetere, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. 2. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse dixerunt; in tertium annum perfectionem lege confirmant.

III. Układy Orgetoryksa

3. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is ubi legationem ad civitates suscepit, (4) in eo itinere persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante haberet; 5. itemque Dumnorigi Haeduo, fratri Diviciaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur, persuadet eique filiam suam in matrimonium dat.

6. Perfacile factum esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: 7. non esse dubium quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. 8. Hac oratione adducti, inter se fidem et ius iurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

4.

Ea res est Helvetiis per indicium enuntiata. Moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt; damnatum poenam sequi oportebat ut igni cremaretur. 2. Die constituta causae ditionis Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coegit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conducit; per eos, ne causam diceret, se eripuit. 3. Cum civitas ob eam rem incitata, armis ius suum exsequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magistratus cogent, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio, (4) ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit.

5. IV. Ostateczne przygotowania Helwetów

Post eius mortem nihilominus Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant. 2. Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt, (3) frumentum omne, praeter quod secum portaturi

erant, combūrent, ut domum reditiōnis spe sublātā paratiōres ad omnia pericūla subeunda essent, trium mensium molīta cibaria sibi quemque domo efferre iubent.

6.

Erant omnīno itinēra duo, quibus itinerībus domo exīre possent: unum per Sequānos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodānum, vix quā singūli carri ducerentur, mons autem altissimus impendēbat, ut facile perpauci prohibere possent; 2. altērum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterēa quod inter fines Helvetiōrum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodānus fluit isque non nullis locis vadō transitur.

3. Extrēmum oppīdum Allobrogum est, proximūmque Helvetiōrum finibus, Genāva. Ex eō oppīdō pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasūros, quod nondum bono animō in popūlum Romānum viderentur, existimābant vel vi coactūros, ut per suos fines eos ire paterentur.

4. Omnibus rebus ad profectiōnem comparātis diem dicunt, quā die ad ripam Rhodāni omnes conveniant. Is dies erat a. d. V. Kal. Apr. L. Pisōne A. Gabiniō consulibus.

V. Cezar odcina Helwetom możność pochodu przez Prowincję

7.

Caesari cum id nuntiātum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulteriorem contendit et ad Genāvam pervēnit. 2. Provinciae toti quam maximum potest militum numerum imperat (erat omnīno in Galliā ulteriore legio una), pontem, qui erat ad Genāvam, iubet rescindi.

3. Ubi de eius adventū Helvetii certiōres facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, qui dicērent sibi esse in animō sine ullō maleficiō iter per provinciam facere, propterēa quod aliud iter habērent nullum; rogare, ut eius voluntate id sibi facere licēat.

4. Caesar, quod memoriā tenēbat Lucium Cassium consulem occisum exercitūmque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat; 5. neque homines inimico animō datā facultate per provinciam itinēris faciendi temperaturos ab iniuriā et maleficiō existimabat. 6. Tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites, quod imperaverat, convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, ad Id. April. reverterentur.

8.

Interēa eā legiōne, quam secum habēbat, militibúsque, qui ex provinciā convenērant, a lacū Lemannō, qui in flumen Rhodānum inflūit, ad montem Iuram, qui fines Sequanōrum ab Helvetiis dividit, milia passūum XVIII murum, in altitudinem pedum sedēcim, fossámque perdūcit. 2. Eō opēre perfectō praesidia dispōnit, castella commūnit, quō facilius, si se invītō transire conarentur, prohibēre posset.

3. Ubi ea dies, quam constituērat cum legātis, venit et legāti ad eum revertērunt, negat se more et exemplō popūli Romāni posse iter ulli per provinciam dare et, si vim facēre conentur, prohibītūrum ostendit.

4. Helvetii eā spe deieci, navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodāni, quā minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdū, saepius noctu, si perrumpēre possent, conāti, opēris munitione et militum concursū et telis repulsi, hoc conātū destitērunt.

VI. Porażka Helwetów nad rzeką Arar

9.

Relinquebātur una par Sequānos via, quā Sequānis invītis propter angustias ire non potērant. 2. His cum suā sponte persuadere non possent, legātos ad Dumnorigem Haedūum mittunt, ut eō deprecātore a Sequānis impetrārent.

3. Dumnōrix gratiā et largitiōne apud Sequānos plurimum potērat et Helvetiis erat amīcus, quod ex eā civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studēbat et quam plurimas civitates suō beneficiō habēre obstrictas volēbat. 4. Itaque rem suscipit et a Sequānis impētrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidēsque uti inter se dent, perficit: Sequāni, ne itinēre Helvetios prohibēant, Helvetii, ut sine maleficiō et iniuriā transēant.

12.

Flumen est Arar, quod per fines Haeduōrum et Sequanōrum in Rhodānum inflūit, incredibīli lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicāri non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transībant.

2. Ubi per explorātōres Caesar certior factus est tres iam partes copiārum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Arārim reliquam esse, de tertiā vigiliā cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervēnit, quae nondum flumen transiērat. 3. Eos impeditos et inopinantes adgressus, magnam partem eōrum concidit; reliqui se fugae mandarunt atque in proximās silvas abdidērunt.

13. VII. Cezar na tyłach pochodu Helwetów

Hoc proeliō factō, reliquas copias Helvetiōrum ut consēqui posset, pontem in Arāri faciendum curat atque ita exercitum tradūcit. 2. Helvetii repentinō eius adventū commōti, cum id, quod ipsi diēbus XX aegerrīme confecerant, ut flumen transirent, illum unō die fecisse intellegērent, legatos ad eum mittunt; cuius legatiōnis Divīco princeps fuit, qui bellō Cassiānō dux Helvetiōrum fuērat.

14.

His Caesar ita respondit: si obsides ab iis sibi dentur, et si Haedūis de iniuriis, quas ipsis sociisque eōrum intulerint, item si Allobrogibus satis faciant, sese cum iis pacem esse facturum.

7. Divīco respondit: Ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consuērint: eius rei populū Romānum esse testem. Hoc responsō dato discessit.

15.

Postērō die castra ex eō locō movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provinciā et Haedūis atque eōrum sociis coactum habēbat, praemittit, qui vidēant, quas in partes hostes iter faciant. 2. Qui cupidius novissimum agmen insecuti, aliēnō locō cum equitatū Helvetiōrum proelium committunt; et pauci de nostris cadunt.

3. Quō proeliō sublāti Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinē equitum propulerant, audacius subsistere nonnumquam et novissimō agmine proeliō nostros lacessere coeperunt. 4. Caesar suos a proeliō continēbat ac satis habēbat in praesentiā hostem rapinis populationibusque prohibere. 5. Ita dies circiter XV iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut sex milibus passuum interesset.

21. VIII. Bitwa pod Bibrakte

Eōdem die ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura montis et qualis in circuitū ascensus, qui cognoscērent, misit. Renuntiatum est facilem esse.

2. De tertiā vigiliā T. Labiēnum, legatum pro praetore, cum duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii sit, ostendit. 3. Ipse de quartā vigiliā eōdem itinere, quō hostes ierant, ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. 4. P. Consi-

dius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitū L. Sullae et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus praemittitur.

22.

Primā luce, cum summus mons a Labiēnō teneretur, ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset neque, ut postea ex captivis compertit, aut ipsius adventus aut Labiēni cognitus esset, Considius equo admissō ad eum accurrit, (2) dicit montem, quem a Labiēnō occupari voluerit, ab hostibus teneri: id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse.

3. Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit. Labiēnus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium castra visa essent, ut undique unō tempore in hostes impetus fieret, monte occupato nostros exspectabat proelioque abstinēbat. 4. Multo denique die per exploratores Caesar cognovit et montem a suis teneri et Helvetios castra movisse et Considium timore perterritum, quod non vidisset, pro viso sibi renuntiavisse. 5. Eo die, quo consueerat intervallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum castris castra ponit.

23.

Postridie eius diei, quod omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret, et quod a Bibracte, oppido Haeduorum longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus passuum XVIII aberat, rei frumentariae prospiciendum existimans, iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit.

2. Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur. 3. Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, sive eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent, commutato consilio atque itinere converso nostros a novissimo agmine insequi ac lacesere coeperunt.

24.

Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subduxit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. 2. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum, in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocavit, ita uti supra se totum montem hominibus compleret; 3. impedimenta sarcinasque in unum locum conferri et eum ab his, qui in superiore acie constituerant, muniri iussit.

4. Helvetii cum omnibus suis carris secūti, impedimenta in unum locum contulerunt; 5. ipsi confertissimā acie reiectō nostro equitātū phalange facta sub primam nostram aciem successerunt.

25.

Caesar primum suo, déinde omnium ex conspectū remōtis equis, ut aequātō omnium periculō spem fugae tolleret, cohortātus suos, proelium commisit. 2. Milites e loco superioriē pilis missis facile hostium phalangem perfregērunt. Eā disiectā gladiis dstrictis in eos impētum fecērunt.

3. Gallis magnō ad pugnam erat impedimentō, quod pluribus eōrum scutis unō ictū pilōrum transfixis et conligātis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere neque sinistra impedītā satis commōde pugnare poterant, multi ut diu iactātō brachiō praeoptārent scutum manū emittēre et nudō corpore pugnare. 5. Tandem vulneribus defessi et pedem referre et, quod mons suberat circiter mille passuum spatīō, eō se recipere coeperunt.

6. Captō monte et succedentibus nostris Boi et Tulingi, qui hominum milibus circiter XV agmen hostium claudēbant et novissimis praesidiō erant, ex itinere nostros ab latere apertō adgressi, circumvenire, et id conspicātī Helvetii, qui in montem sese recepērant, rursus instāre et proelium redintegrāre coeperunt. 7. Romāni signa bipertitō intulerunt: prima et secunda acies, ut victis ac submōtis resisteret, tertia, ut venientes sustineret.

26.

Ita ancipiti proeliō diu atque acriter pugnātum est. Diutius cum sustinere nostrōrum impētus non possent, altēri se, ut coeperant, in montem recepērunt, altēri ad impedimenta et carros suos se contulerunt. 2. Nam hoc totō proeliō, cum ab horā septimā ad vespērum pugnātum sit, aversum hostem videre nemo potuit.

3. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnātum est, propterea quod pro vallō carros obiecerant et e loco superioriē in nostros venientes tela coiciēbant et nonnulli inter carros raddāsque matāras ac tragūlas subiciēbant nostrōsque vulnerābant.

4. Diu cum esset pugnātum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est.

5. Ex eō proeliō circiter milia hominum CXXX superfuerunt eaque totā nocte continenter ierunt: in fines Lingonum die quartō pervenerunt, cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri eos sequi non potuissent.

6. Caesar ad Lingōnas littēras nuntiōsque misit, ne eos frumento neve aliā re iuarent: qui si iuissent, se eōdem locō, quo Helvetios, habitūrum. Ipse tridūo intermissō cum omnibus copiis eos sequi coepit.

IX. Rozsypka Helwetów

27.

Helvetii omnium rerum inopiā adducti, legatos de deditioe ad eum miserunt. 2. Qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locūti, flentes pacem petissent, atque eos in eō locō, quō tum essent, suum adventum exspectare iussisset, paruerunt. 3. Eō postquam Caesar pervēnit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit.

4. Dum ea conquiruntur et conferuntur, circiter hominum milia VI eius pagi, qui Verbigēnus appellatur, sive timōre perterriti, ne armis traditis supplicio adficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tantā multitudīne dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent, primā nocte e castris Helvetiorum egressi, ad Rhenum finesque Germanorum contendērunt.

28.

Quod ubi Caesar rescit, quorum per fines ierant, his, uti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit; 2. reductos in hostium numero habuit; reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis in deditioem accepit.

3. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti iussit et, quod omnibus frugibus amissis domi nihil erat, quō famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut iis frumenti copiam facerent; ipsos oppida vicosque, quos incendērant, restituere iussit. 4. Id eā maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare, ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, ex suis finibus in Helvetiorum fines transirent et finitimi Galliae provinciae Allobrogibusque essent.

5. Boios petentibus Haeduis, quod egregiā virtute erant cogniti, ut in finibus suis conlocarent, concessit; quibus illi agros dederunt quosque postea in parem iuris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt.

29.

In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae et ad Caesarem relatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma

ferre possent, et item separātim erant enumerāti puēri, senes mulierēsque. 2. Quarum omnium ratiōnum summa erat capitum Helvetiōrum milium CCLXIII, Tulingōrum milium XXXVI, Latobrigum XIII, Rauracōrum XXIII, Boiōrum XXXII; ex his, qui arma ferre possent, ad milia nonaginta duo. 3. Summa omnium fuērunt ad milia CCCLXVIII. Eōrum, qui domum rediērunt, censū habito, ut Caesar imperavērat, repertus est numērus milium C et X.

Brytanja i jej mieszkańcy

(Caesar BG V, 12—14)

12.

Britanniae pars interior ab iis incolitur, quos natos in insulā ipsā, memoriā proditum dicunt; 2. maritima pars ab iis, qui praedae ac belli inferendi causā ex Belgio transierunt (qui omnes fere isdem nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt) et bello illato ibi remanserunt atque agros colere coeperunt. 3. Hominum est infinita multitudo creberrimaeque aedificia fere



Srebrne naczynia do picia z epoki bronzu, znalezione w Anglii. Muzeum Brytyjskie.

Gallcis consimilia, pecoris magnus numerus.

4. Utuntur aut nummo aureo aut talis ferris ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferum, sed eius exigua est copia; aere utuntur importato. 5. Materia cuiusque generis, ut in Gallia, est, praeter fagum atque abietem. 6. Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque causa.



Agrafy bronzowe, znalezione w Anglii, z epoki celtyckiej. Muzeum Brytyjskie.




Naramiennice z bronzu, pokryte emalja, z epoki celtyckiej, znalezione w Anglii. Muzeum Brytyjskie.

7. Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus.

13.

Insula naturā triquetra, cuius unum latus est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere omnes ex Gallia naves appelluntur, ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter milia passuum quingenta.



Szyszak bronzowy, wykładany emalją, z epoki celtyckiej, znaleziony w Tamizie, w środkowej dzielnicy Londynu. Muzeum Brytyjskie.

ut existimatur, quam Britannia, sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam. 3. In hoc medio cursu est insula, quae appellatur Mona; complures praeterea minores obiectae insulae existimantur, de quibus insulis nonnulli scripserunt dies continuos XXX sub brumam esse noctem.

4. Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris breviores esse, quam in continenti noctes videbamus. 5. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum milium.

Węzidła emaljowane, z epoki celtyckiej, znalezione w Anglii. Muzeum Brytyjskie.



6. Tertium est contra septentriones; cui parti nulla est obiecta terra; sed eius angulus alter



Tarcza z bronzu, wykładana emalją, z epoki celtyckiej, znaleziona w Tamizie, w Londynie. Muzeum Brytyjskie.



Miecz żelazny z rękojeścią i pochwą z bronzu, z epoki celtyckiej, znaleziony w Anglii. Muzeum Brytyjskie.

maxime ad Germaniam spectat. Hoc milium passuum octingentorum in longitudinem esse existimatur. 7. Ita omnis insula est in circuitu vicies centum milium passuum.

14.

Ex his omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. 2. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horribiliores sunt in pugna aspectu; 3. capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasam praeter caput et labrum superius. 4. Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus; sed, si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quo primum virgo quaeque deducta est.

Obyczaje Gallów

(Caesar BG VI, 11—20)

I. Spór o przewodnictwo w Galji

11.

Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur de Galliae Germaniaequae moribus et, quod differant haec nationes inter sese, proponere.

2. In Galliam non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis vicisque, sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt, (3) earumque factionum principes sunt, qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium iudiciumque summa omnium rerum consiliorumque redeat; 4. idque eius rei causam antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxilium egret: suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur neque, aliter si facit, ullam inter suos habet auctoritatem. 5. Haec eadem ratio est, in summa, totius Galliae; namque omnes civitates in partes divisae sunt duas.

12.

Cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani. 2. Hi cum per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Haediis magnaque eorum erant clientelae, Germanos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis pollicitationibusque perduxerant. 3. Proeliis vero compluribus factis secundis atque omni nobilitate Haeduorum interfectam tantum potentiam anteces-

sērant, ut magnam partem clientium ab Haedūis ad se traducērent (4) obsidēsque ab iis principum filios accipērent et publice iurāre cogērent nihil se contra Sequānos consilii inīturos, et partem finitimi agri per vim occupātam possiderent Galliaēque totius principatum obtinērent. 5. Quā necessitate adductus Diviciācus auxilii petendi causā Romam ad senātum profectus, imperfectā re rediērat.



Gall bronni chaty przed żołnierzem rzymskim.
Paryż. Luwr.

6. Adventu Caesāris factā commutatione rerum, obsidibus Haedūis redditis, veteribus clientelīs restitutis, novis per Caesārem comparātis, quod ii, qui se ad eōrum amicitiam aggregaverant, meliōre conditione atque aequiōre imperiō se

uti vidēbant, reliquis rebus eōrum gratiā dignitatēque amplificatā, Sequāni principatum dimiserant.

7. In eōrum locum Remi successerant; quos quod adaequāre apud Caesārem gratiā intellegebatur, ii, qui propter veteres inimicitias nullō modo cum Haedūis coniungi poterant, se Remis in clientelam dicābant. 8. Hos illi diligenter tuebantur; ita et novam et repente collectam auctoritatem tenēbant. 9. Eōtum statū res erat, ut longe principes haberentur Haedūi, secundum locum dignitatis Remi obtinērent.

13.

II. Warstwy społeczne

In omni Galliā eōrum hominum, qui aliquō sunt numērō atque honōre, genēra sunt duo: nam plebes paene servōrum habetur locō, quae nihil audet per se, nulli adhibētur consiliō. 2. Plerīque, cum aut aere aliēnō aut magnitudine tributōrum aut iniuriā potentiōrum premuntur, sese in servitūtem dicant nobilibus, quibus in hos eādem omnia sunt iura, quae dominis in servos.

3. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. 4. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur; ad eos magnus adulescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque hi sunt apud eos honore. 5. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt et, si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt; 6. si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicitur. 7. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus ius redditur neque honos ullus communicatur.

8. His autem omnibus druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. 9. Hoc mortuo aut, si qui ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio druidum, nonnumquam etiam armis, de principatu contendunt. 10. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt eorumque decretis iudiciisque parent.

11. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse aestimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causa proficiscuntur.

14.


Druides a bello abesse consueverunt neque tributa una cum reliquis pendunt. 2. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. 3. Magnum ibi numerum versum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicenos in disciplinam permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis litteris utantur. 4. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vul-



Głowa Galla. Rzym. Museo delle Terme.

gus disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, littëris confisos, minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidiõ litterarum diligentiam in perdiscendõ ac memoriam remittant.

5. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metum mortis neglecto. 6. Multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.



Rydwan z epoki celtyckiej. Muzeum w Saint-Germain.

15.

Alterum genus est equitum. Hi, cum est usus atque aliquod bellum incidit (quod ante Caesaris adventum fere quotannis accidere solebat, ut aut ipsi

iniurias inferrent aut illatas propulsarent) omnes in bello versantur, (2) atque eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet. Hanc unam gratiam potentiãque novērunt.

III. Religja

16.

Natio est omnis Gallorum admõdum dedita religionibus, atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolaturos vovent, administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, (3) quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publicẽque eiusdem generis habent instituta sacrificia.

4. Alii immãni magnitudine simulãcra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis circumventi flammã exanimantur homines. 5. Supplicia eorum, qui in furtõ aut latrociniõ aut aliã noxiã sint comprehensi, gratiõra dis immortalibus esse arbitrantur; sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.

17.

Deorum maxime Mercurium colunt; huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur; post hunc, Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. 2. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem; Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere.

3. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea quae bello cepserint, plerumque devotent; cum superaverunt, animalia capta immolant, reliquas res in unum locum conferunt. 4. Multis in civitatibus harum rerum exstructos cumulos locis consecratis conspicari licet, neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

18.

Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant idque ab druidibus proditum dicunt. 2. Ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; dies natales et mensium et annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur.

IV. Życie rodzinne

In reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt, quod suos liberos, nisi cum adoleverunt, ut munus militiae sustinere possint, palam ad se adire non patiuntur filiumque puerili aetate in publico in conspectu patris assistere turpe ducunt.


19.

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant. 2. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur; uter eorum vitam superavit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. 3. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum



Garnki z epoki celtyckiej, znalezione w Marnie.

pater familiae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspitionem venit, de uxori-




Zlote naramiennice celtyskie, znalezione we Francji. Muzeum w Rennes.

bus in servilem modum quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

4. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, (5) etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis una cremabantur.

20. V. Sprawy publiczne

Quae civitates commodius suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum, si quis quid de re publica a finitimis rumore aut fama acciperit, uti ad magistratum deferat neve cum quo alio communitet; 2. quod saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est. 3. Magistratus, quae visa sunt, occultant, quaeque esse ex usu iudicaverunt, multitudini produnt. De re publica nisi per concilium loqui non conceditur.



Agrafa celtyska, znaleziona we Francji.

Obyczaje Germanów

(Caesar BG VI, 21—24)

21.

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student. 2. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et

quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcānum et Lunam, reliquos ne fama quidem accepērunt.

3. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit; a parvis labori ac duritiae student. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali statūram, hoc vires nervosque confirmari putant. 4. In fluminibus perluuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis utuntur magnā corporis parte nudā.

22.

Agri culturāe non student, maiorque pars eorum victus in lacte, casēo, carne consistit. 2. Neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, quique unā coierunt, quantum et quō loco visum est agri, attribūunt atque annō post alio transire cogunt.

3. Eius rei multas affērent causas; ne assidūā consuetudinē capti studium belli gerendi agri culturā commūtent; ne latos fines parare studēant potentioresque humiliōres possessionibus expellant; ne accuratius quam ad frigora atque aestus vitandos aedificent: ne quā oriatur pecuniae cupiditas, quā ex re factiones dissensionēque nascuntur; 4. ut animi aequitate plebem continēant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari vidēat.

23.

Civitatibus maxīma laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. 2. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope se audere consistere: 3. simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursiōnis timore sublato.

4. Cum bellum civitas aut infert, aut illatum defendit, magistratus, qui ei bello praesint et vitae necisque habēant potestatem, deliguntur. 5. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minūunt.

6. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac de-



Germanin (z kraju Suebów) z kolumny Trajana.

sidiae minuendae causā fieri praedicant. 7. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore: qui sequi velint, profiteantur; consurgunt ii, qui et causam et hominem probant, suūque auxilium pollicentur atque a multitudine collaudantur; 8. qui ex his secūti non sunt, in desertōrum ac proditōrum numēro ducuntur, omniumque his rerum postēa fides derogatur.

9. Hospitem violare fas non putant; qui quācumque de causā ad eos venērunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent: hisque omnium domus patent victusque communicatur.

24.

Ac fuit antēa tempus, cum Germānos Galli virtūte superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrisque inopiam trans Rhenum colonias mittērent. 2. Itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam, Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt; 3. quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem.

4. Nunc, quod in eadem inopiā, egestate, patientiaque Germani permanent, eodem victū et cultū corporis utuntur, (5) Gallis autem provinciārum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usū largitur, (6) paulatim assuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtūte comparant.

Obleżenie Alezji

(Caesar BG VII, 68—90)

68. I. Odwrót Wercyngetoryksa do Alezji

1. Fugato omni equitatu Vercingetorix copias suas, ut pro castris conlocaverat, reduxit protinusque Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter facere coepit celeriterque impedimenta ex castris educi et se subsequi iussit. 2. Caesar impedimentis in proximum collem deductis duabusque legionibus praesidio relictis secutus, quantum diei tempus est passum, circiter tribus milibus hostium ex novissimo agmine interfectis altero die ad Alesiam castra fecit. 3. Perspecto urbis situ perterritisque hostibus, quod equitatu, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulsus, adhortatus milites ad laborem, Alesiam circumvallare instituit.

69.

II. Położenie Alezji

1. Ipsum erat oppidum in colle summō, admōdum edito loco, ut, nisi obsidiōne, expugnāri non posse videretur. 2. Cuius collis radices duo duābus ex partibus flumina subluēbant. 3. Ante oppidum planities circiter milia passuum III in longitudinem patebat; 4. reliquis ex omnibus partibus colles mediocri interiecto spatio, pari altitudinis fastigiō oppidum cingebant.

III. Pierwsze obwarowania

5. Sub murō quae pars collis ad orientem solem spectabat, hunc omnem locum copiae Gallōrum compleverant fossamque et maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant.

6. Eius munitiōnis, quae ab Romānis instituebatur, circuitus X milia passuum tenēbat.

7. Castra opportūnis locis erant posita ibique castella XXIII facta, quibus in castellis interdū stationes ponebantur, ne quā subito eruptio fieret; haec eadem noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur.



Pieniądz, wybity przez Wercyngetoryksa.

71.

IV. Wycieczka jazdy Wercyngetoryksa

1. Vercingetōrix, priusquam munitiōnes ab Romānis perficiantur, consilium capit omnem ab se equitatum noctu dimittere. 2. Discedentibus mandat, ut suam quisque eorum civitatem adeat omnesque, qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant. 3. Sua in illos merita proponit obtestaturque, ut suae salutis rationem habent, neu se optime de communi libertate meritum hostibus in cruciatum dedant. Quodsi indiligentiores fuerint, milia hominum delecta octoginta unā secum interitura demonstrat. 4. Ratione inita frumentum se exigue dierum XXX habere, sed paulo etiam longius tolerari posse parcendo. 5. His datis mandatis, qua erat nostrum opus intermissum, secunda vigilia silentio equitatum dimittit.


6. Frumentum omne ad se referri iubet, capitis poenam iis, qui non paruerint, constituit. 7. Pecus, cuius magna erat copia a Mandubiis compulsa, virum distribuit, frumentum parce et paulatim metiri instituit. 8. Copias omnes, quas pro oppido conlocaverat, in oppidum recipit. 9. His rationibus auxilia Galliae expectare et bellum administrare parat.

V. Dalsze obwarowania

72.

1. Quibus rebus ex perfūgis et captīvis cognītis Caesar haec genēra munitiōnis instituit. 2. Fossam pedum XX directis lateribus duxit, ut eius solum tantundem patēret, quantum summae fossae labra distārent. Reliquas omnes munitiōnes ab eā fossa passūs quadringentos reduxit, id hoc consiliō, quoniam tantum spatium necessario esset complexus nec facile totum opus coronā militum cingeretur, ne de improvīso aut noctu ad munitiōnes multitūdo hostium advolāret, aut interdiu tela in nostros opēri destinātos conicere posset.

3. Hoc intermissō spatiō duas fossas quindēcim pedes latas eadem altitudine perduxit; quarum anteriorem campestribus ac



Model robót oblężniczych rzymskich koło Alezji.
Muzeum w Saint-Germain.

demissis locis aquā ex flumīne derivāta complēvit. 4. Post eas aggērem ac vallum XII pedum extruxit. Huic lorīcam pinnāsque adiēcit grandibus cervis eminentibus ad commissūras pluteōrum atque aggēris, qui ascensum hostium tardārent, et turres totō opēri circumdēdit, quae pedes LXXX inter se distārent.

VI. Nowe zabezpieczenie obozu rzymskiego


73.

1. Erat eōdem tempore et materiari et frumentari et tantas munitiōnes fieri necesse deminūtis nostris copiis, quae longius a castris progrediebantur. Ac nonnumquam opēra nostra Galli temptare atque eruptiōnem ex oppidō pluribus portis summā vi facere conabantur.

2. Quare ad haec rursus opēra addendum Caesar putavit, quō minōre numēro militum munitiōnes defendi possent. Itaque

truncis arbörum aut admödum firmis ramis absc̄is atque horum delibr̄atis ac praeac̄tis cacuminibus perpet̄ae fossae quinos pedes altae ducebantur. 3. Huc illi stipites demissi et ab infimō revincti, ne revelli possent, ab ramis eminēbant. 4. Quini erant ordines coniuncti inter se atque implicati: quō qui intravērant, se ipsi acutissimis vallis induēbant. Hos cippos appellābant.

5. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur paulātim angustiore ad infimum fastigio. 6. Huc terētes stipites fem̄inis crassitudine ab summō praeac̄ti et praeusti demittebantur, ita ut



Model robót oblężniczych rzymskich około Avaricum.
Muzeum w Saint-Germain.

non amplius diḡitis quattuor ex terra eminent. 7. Simul confirmandi et stabiliendi causa singuli ab infimō solo pedes terrā exculcabantur; reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus ac virgultis integebatur. 8. Huius gen̄eris octōni ordines ducti ternos inter se pedes distābant. Id ex similitudine floris lilium appellābant.

9. Ante haec talēae pedem longae ferr̄is hamis infixis totae in terram infodiebantur mediocribusque intermissis spatiis omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominābant.

74.

VII. Zabezpieczenia na tyłach

1 His rebus perfectis regiones secutus quam potuit aequissimas pro loci naturā XIII milia passuum complexus pares eiusdem gen̄eris munitiōnes, diversas ab his, contra exteriorē

hostem perfēcit, ut ne magnā quidem multitudīne, si ita accīdat equitātūs discessū, munitiōnum praesidia circumfundi possent. 2. Ne autem cum periculō ex castris egrēdi cogātur, diērum XXX pabūlum frumentūmq̄e habēre omnes convectum iubet.

VIII. Przybycie odsieczy

75.

1. Dum haec ad Alesiam geruntur, Galli concilio principum indictō non omnes, qui arma ferre possent, ut censuit Vercingetōrix, convocandos statuunt, sed certum numerum cuique civitāti imperandum, ne tantā multitudīne confūsā nec moderārī nec discernēre suos nec frumentandi ratiōnem habēre possent.

77.

1. At ii qui Alesiae obsidebantur, praeterīta die, qua auxilia suōrum expectaverant, consumptō omni frumento, inscii, quid in Haedūis gererētur, concilio coactō de exitū suārum fortunārum consultābant.

78.

1. Sententiis dictis constituunt, ut ii, qui valetudīne aut aetate inutiles sint bello, oppidō excēdant. 3. Itaque Mandubii, qui eos oppidō recepērant, cum libēris atque uxōribus exire coguntur. 4. Hi cum ad munitiōnes Romanōrum accessissent, flentes omnibus precibus orābant, ut se in servitūtem receptos cibo iuvārent. 5. At Caesar dispositis in vallo custodiis recipi prohibebat.

79.

1. Interēa duces, quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam perveniunt et colle exteriorē occupātō non longius mille passibus a nostris munitiōnibus consistunt. 2. Postēro die equitātū ex castris eductō omnem eam planitiem, quam in longitudīnem milia passuum III patere demonstrāvimus, complent pedestresque copias paulum ab eō locō abductas in locis superioribus constituunt.

3. Erat ex oppidō Alesiā despectus in campum. Concurritur his auxiliis visis; gratulatio fit inter eos atque omnium animi ad laetitiam excitantur. 4. Itaque productis copiis ante oppidum consistunt et proximam fossam cratibus intēgunt atque aggere explent seque ad eruptiōnem atque omnes casus comparant.

80.

IX. Klęska Gallów na tyłach

1. Caesar omni exercitū ad utrāmq̄e partem munitiōnis dispositō, ut, si usus veniat, suum quisque locum tenēat et novērīt, equitātum ex castris edūci et proelium committi iubet,


2. Erat ex omnibus castris, quae summum undique iugum tenebant, despectus, atque omnes milites intenti pugnae proventum expectabant. 3. Galli inter equites raros sagittarios expeditosque levis armaturae interiecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent et nostrorum equitum impetus sustinerent. Ab his complures de improviso vulnerati proelio excedebant.

4. Cum suos pugna superiores esse Galli confiderent et nostros multitudinem premi viderent, ex omnibus partibus, et ii, qui munitionibus continebantur, et ii, qui ad auxilium convenierant, clamore et ululatu suorum animos confirmabant. 5. Quod in conspectu omnium res gerebatur, neque recte ac turpiter factum celari poterat, utrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad virtutem excitabat.

6. Cum a meridie prope ad solis occasum dubiam victoriam pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt eosque propulerunt. 7. Quibus in fugam coniectis sagittarii circumventi interfectique sunt. 8. Item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad castra insecuti sui colligendi facultatem non dederunt. 9. At ii, qui ab Alesia processerant, maesti prope victoriam desperata se in oppidum receperunt.

X. Równoczesne natarcie oblężonych i odsieczy 81.

1. Uno die intermisso Galli atque hoc spatio magno cratium, scalaram, harpagonum numero effecto media nocte silentio ex castris egressi ad campestras munitiones accedunt. 2. Subito clamore sublato, qua significatione, qui in oppido obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent, crates proicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallō proturbare reliquaque, quae ad oppugnationem pertinent, parant administrare.




Model kuszy rzymskiej.
Muzeum w Saint-Germain.

3. Eodem tempore clamore exauditō dat tuba signum suis Vercingetōrix atque ex oppido educit. 4. Nostri, ut superioribus diebus suis cuique erat

locus attribūtus, ad munitiōnes accedunt; fundis librilibus sudibūsque, quas in opère disposuerant, ac glandibus Gallos proterrent. 5. Prospectū tenēbris ademptō multa utrimque vulnera accipiuntur. Complūra tormentis tela coniciuntur. 6. At Marcus Antonius et Gaius Trebonius legāti, quibus hae partes ad defendendum obvenērant, quā ex parte nostros premi intellexerant, his auxiliō ex ulterioribus castellis deductos submittēbant.

82.

1. Dum longius a munitiōne abērant Galli, plus multitudine telōrum proficiebant; posteāquam propius successērunt, aut se ipsi stimulis inopinantes induēbant, aut in scrobes delāti trans-



Model maszyny oblężniczej rzymskiej do rzucania pocisków.
Muzeum w Saint-Germain.

fodiebantur, aut ex vallo ac turribus traieci pilis muralibus interibant. 2. Multis undique vulneribus acceptis nullā munitiōne perruptā, cum lux appeteret, veriti ne ab latere apertō ex superioribus castris eruptiōne circumvenirentur, se ad suos receperunt.

3. At interiores dum ea, quae a Vercingetorige ad eruptiōnem praeparata erant, profērunt, priores fossas explent. 4. Diutius in his rebus administrandis morati, prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus adpropinquarent. Ita re infectā in oppidum revertērunt.

83. XI. Przygotowania do próby ostatecznej

1. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant, consulant; locōrum peritos adhibent, ex his superiorum castrōrum situs munitionesque cognoscunt.

2. Erat a septentrionibus collis, quem propter magnitudinem circuitus opere circumplecti non poterant nostri necessarioque paene iniquo loco et leniter declivi castra fecerant. 3. Haec Gaius Antistius Reginus et Gaius Caninius Rebilus legati cum duabus legionibus obtinebant.

4. Cognitis per exploratores regionibus duces hostium LX milia ex omni numero deligunt earum civitatum, quae maximam virtutis opinionem habebant. 5. Quid quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituunt; adeundi tempus definiunt, cum meridies esse videatur. 6. His copiis Vercassivellaunum Arvernum, unum ex quattuor ducibus, propinquum Vercingetorigis, praeficiunt.

7. Ille ex castris prima vigilia egressus, prope confecto sub lucem itinere post montem se occultavit militesque ex nocturno labore sese reficere iussit. 8. Cum iam meridies adpropinquare videretur, ad ea castra, quae supra demonstravimus, contendit; eodemque tempore equitatus ad campestris munitiones accedere et reliquae copiae pro castris se ostendere coeperunt.

XII. Uderzenie

84.

1. Vercingetorix ex arce Alesiae suos conspicatus, ex oppido egreditur; crates, longurios, musculos, falces reliquaque, quae



Walka między Gallami a Rzymianami. Sarkofag rzymski w Muzeum Kapitolińskim w Rzymie.


eruptiois causam paraverat, profert. 2. Pugnamur uno tempore omnibus locis atque omnia temptantur; quae minime visa pars firma est, huc concurrunt. 3. Romanorum manus tantis muni-

tionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit. 4. Multum ad terrendos nostros valet clamor, qui post tergum pugnantibus exstitit, quod suum periculum in alienā vident virtute constare; omnia enim plerumque, quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant.

XIII. Chwila krytyczna

85.

1. Caesar idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit, laborantibus submittit. 2. Utrisque ad animum occurrit unum esse illud tempus, (3) quō maxime contendere conveniat: Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant; Romani, si rem obtulerint, finem laborum omnium expectant.



Gall umierający. Muzeum Kapitolińskie w Rzymie.

4. Maxime ad superiores munitiones laboratur, quō Vercasivellaunum missum demonstravimus. In-

quum loci ad declivitatem fastigium magnum habet momentum. 5. Alii tela coniciunt, alii testudine facta subeunt; defatigatis invicem integri succedunt. 6. Agger ab universis in munitiōnem coniectus, et ascensum dat Gallis et ea, quae in terra occultaverant Romani, contigit; nec iam arma nostris nec vires suppētunt.

86.

XIV. Zagrożone części oszańcowania

1. His rebus cognitis Caesar Labienum cum cohortibus sex subsidiō laborantibus mittit; 2. imperat, si sustinere non possit, deductis cohortibus eruptione pugnet; id, nisi necessariō, ne faciat. 3. Ipse adit reliquos, cohortatur, ne labori succumbant; omnium superiorum dimicationum fructum in eō die atque hora docet consistere.

4. Interiores desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitiōnum loca praerupta atque ex ascensu temptant; huc ea, quae paraverant, conferunt. 5. Multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant, aggere et cratibus fossas explent, falcibus vallum ac loricam rescindunt.

87.

1. Mittit primum Brutum adolescentem cum cohortibus Caesar, post cum aliis Gaium Fabium legatum. 2. Postrēmo ipse, cum vehementius pugnarētur, intēgros subsidio addūcit.

3. Restitutō proeliō ac repulsis hostibus eō, quō Labiēnum misērat, contendit; 4. cohortes IIII ex proximo castellō dedūcit,



Gall zwyciężony przebija mieczem żonę i siebie. Rzym. Villa Ludovisi.

equitum partem se sequi, partem circumire exteriōres munitiōnes et a tergō hostes adoriri iubet. 5. Labiēnus, postquam neque aggēres neque fossae vim hostium sustinere potērant, coactis undēcim cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesārem per nuntios facit certiorē, quid faciendum existimet. Accelērat Caesar, ut proeliō intersit.

XV. Złamanie uderzenia

88.

1. Eius adventū ex colore vestitū cognitō, quō insigni in proeliis uti consueverat, turmisque equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat, ut de locis superioribus haec declivia et devexa cernebantur, hostes proelium

committunt. 2. Utrūque clamōre sublātō excēpit rursus ex vallō atque omnibus munitionibus clamor. Nostri omissis pilis gladiis rem gerunt.

3. Repente post tergum equitatus cernitur; cohortes illae adpropinquant. Hostes terga vertunt; fugientibus equites occurrunt. Fit magna caedes. 4. Sedullus dux et princeps Lemovicum occiditur. Vercassivellaunus Arvernus vivus in fugā comprehenditur. Signa militaria LXXIII ad Caesārem referuntur. Pauci ex tantō numērō incolūmes se in castra recipiunt. 5. Conspicāti ex

oppido caedem et fugam suorum, desperata salute copias a munitionibus reducunt.

6. Fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. 7. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur. Magnus numerus capitur atque interficitur, reliqui ex fuga in civitates discidunt.



Trofea zdobyte na Gallach. Płaskorzeźba na łuku triumfalnym w Orange.

XVI. Upadek Alezji

89.

1. Postero die Vercingetorix concilio convocato id bellum se suscepisse non suarum necessitatum, sed communis libertatis causam demonstrat, (2) et quoniam sit fortunae cedendum, ad

utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu vivum tradere velint. 3. Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati.

Iubet arma tradi, principes produci. 4. Ipse in munitione pro castris consistit; eos duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma prociuntur. 5. Reservatis Haeduis



Apoteoza zwycięzcy rzymskiego. W rzedzie dolnym: jeńcy galijscy. Kamea z Vienne.

atque Arvernibus, si per eos civitates recuperare posset, ex reliquis captivis toto exercitui capita singula praedae nomine distribuit.


Cezar odradza listownie Cynceronowi przyłączać
się do wojny domowej

(Cic. Epp. ad Att. X, 8 b.)

Caesar imp. sal. d. Ciceroni imp.

1. Etsi te nihil temēre, nihil imprudenter factūrum iudicāram, tamen permōtus homīnum famā, scribendum ad te existimāvi et pro nostrā benevolentīā petendum, ne quō progredērīs proclinātā iam re, quo intēgrā etiam progrediendum tibi non existimasses. Namque et amicitiae graviōrem iniuriam fecērīs et tibi minus commōde consulērīs, si non fortunāe obsecūtus vidēbēre — omnia enim secundissīma nobis, adversissīma illis accidisse videntur —, nec causam secūtus — éādē enim tum fuit, cum ab eōrum consiliis abesse iudicasti —, sed meum ali-quod factum condemnavisse; quō mihi gravius ab te nihil accidēre potest. Quod ne facias, pro iure nostrae amicitiae a te peto.

2. Postrēmō, quid virō bonō et quiētō et bonō civi magis convēnit, quam abesse a civilibus controversiis? Quod nonnulli cum probārent, pericūli causā assēqui non potuērunt; tu explorāto et vitae meae testimoniō et amicitiae iudiciō neque tutius neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentiōne abesse. XV. kal. Maias ex itinēre.



Marcus Tullius Cicero

Marcus Tullius Cicero, urodzony 3 stycznia 106 r. w Arpinum (por. Cic. Epp. ad Q. fr. III 1, 1, 1, obj. rzecz.), zgładzony został przez siepaczy Antonjusza 7 grudnia 43 r., w ogrodach willi w Formiae (por. Cic. Epp. ad Att. XII 40, 3, obj. rzecz.). Urzędy: w r. 75 kwestura na Sycylji; w r. 69 edylat kurulny; w r. 66 pretura miejska; w r. 63 konsulat; (w latach 58—57 wygnanie w Tessalonice i Dyrrachjum); w r. 55 augurat; w latach 51—50 prokonsulat w Cylicji. O stosunkach rodzinnych Cyclerona por. objaśnienia rzeczowe Listów.



Popiersie Cyclerona. Galeria Apsley House w Londynie.

Mowy Cyclerona

Cycero obrał w wymowie kierunek polityczny, naśladowując w tem Demostenesa, który od spraw cywilnych przeszedł do publicznych.

Już druga z mów zachowanych, *Pro Sexto Roscio Amerinō* (80 r.), okazuje niezwykłą śmiałość w uderzeniach na stronników Sulli.

Podobnie mowa *Pro M. Tullio* (72—71) zwraca się przeciw samowoli weterana sullańskiego.

Mowy przeciw Werresowi (*Divinatio in Caecilium*, 70 r., przeciw podsuniętemu przez Werresa pozornemu oskarżycielowi, i 6 mów w 2 *actiones in Verrem*, 70 r., z których tylko pierwsza była rzeczywiście wygłoszona) piętnują gospodarkę prowincjonalną optymaty i sullańczyka Werresa.

Przeciw szumowinom ruchów sullańskich stanął Cycero do ostatecznej rozprawy jako konsul w 4 mowach *In Catilinam* (63 r.).

W mowie *Pro L. Murenā* (por. Cic. In Cat. I, 1, 1, obj. rzecz.) Cycero bronił byłego konsula przed zarzutem nadużyć wyborczych (*de ambitū*); w czasie wyborów poparł go był skutecznie przeciw kandydaturze Katyliny.

Ale zdarzało mu się także oczyszczać byłych uczestników spisku Katyliny: i tak w r. 62 broni P. Korneljusza Sullę (*Pro P. Sulla*). W walce przeciw spiskowi Katyliny Cycero stał się z kierunkiem rewolucyjnym, popieranym przez Cezara. Jako konsul, zwalczał Cycero ten kierunek w 4 mowach *De lege agraria* (por. Cic. Epp. ad Att. II 1, 1, 3, obj. rzecz.) i w mowie *Pro Rabirio* (por. tamże).

Cycero, wielbiciel starej literatury rzymskiej, był także wyznawcą dawnych ideałów republikańskich; jednym i drugim przejął się zapewne

zamłodu w rycerskiej włości arpinackiej, oddalonej od gorączkowego pędu naprzód życia stołecznego. Dlatego też oddał się wcześniej na służbę polityki pompejańskiej. W mowie *De imperiō Cn. Pompēi* (66 r.) stanął w obronie *lex Manilia*, która dawała Pompejuszowi nadzwyczajne *imperium* w wojnie z Mitradatesem (por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 6, obj. rzecz.). Kiedy po powrocie Pompejusz w własnym interesie zbliżył się do Cezara, Ciceron był takiemu zbliżeniu przeciwny (por. tamże).

Wygnanie Cicerona było spowodowane niechęcią Cezara, który, oddalając się na długie lata (por. Wstęp do Cezara) do Galji, obawiał się wpływów nieprzychylnego mu Cicerona w Rzymie. Opuszczony przez samolubnego Pompejusza i otoczony nienawiścią optymatów Ciceron był zmuszony ujść przed agitacją Klodjusza (por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 6, obj. rzecz.), ajenta Cezara.

Powrót stał się możliwy, kiedy Pompejusz począł myśleć o nowym dowództwie (por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 6, obj. rzecz.), większym od gallijskiego dowództwa Cezara. Zostawiony sam sobie, Klodjusz nie zdołał zapobiec wpływom Pompejusza.

Ciceron zaraz po powrocie wygłasza 4 mowy okolicznościowe (por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 5 i 6, obj. rzecz., nadto czwarta mowa *de haruspicum responsis*, 56 r.), a w niezachowanej mowie (por. tamże) przed *comitia centuriata* wyjednywa Pompejuszowi oczekiwane dowództwo, poczem poświęca szereg mów interesom swoich dawnych (z czasów wygnania) obrońców przeciw Klodjuszowi:

Pro Sestiō (por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 4, In Cat. I 21, obj. rzecz.);

In Vatinius testem (por. Cic. Epp. ad Att. VIII 3, 3, obj. rzecz.);

Pro Caeliō (56 r.): Celjusz był oskarżony przez siostrę Klodjusza o usiłowane otrucie;

Pro Cn. Planciō (54 r.): Plancjusz, obrońca wygnanego, był oskarżony o znowę wyborczą;

Pro Milōne (52 r.): o zamordowanie Klodjusza.

Zarazem poświęcił się Ciceron zwalczaniu swoich wrogów, t. j.opleczników lub agentów Cezara i Klodjusza, w mowach:

In L. Pisōnem (55 r.): Pison był pierwszym teściem Cezara i utrzymywał dobre stosunki z Klodjuszem; przyczynił się też do wygnania mowcy, jako krewny dotkniętych w spisku Katyliny Kalpurnjuszów;

In M. Antonium (44—43 r.): po zamordowaniu Cezara (por. Cic. Epp. ad Att. II 1, 1, 3, obj. rzecz.); M. Antonius był krewnym C. Antoniusa, optymatystycznego kolegi Cicerona w konsulacie, i ojczymem P. Lentulusa Sura, uczestnika spisku Katyliny.

Chwilowo i niechętnie podejmował Ciceron politykę, godzącą interesy obu triumwirów, w mowach:

De provinciis consularibus, 56 r. (por. Cic. Epp. ad Att. VIII 3, 3, obj. rzeczowe);

Pro L. Balbō (56 r.): o prawo obywatelstwa dla pompejańczyka Lucjusza Korneliusza Balbusa, który później stał się agentem Cezara;

Pro C. Rabiriō Postūmō: w obronie adoptowanego syna Rabirjusza (por. Cic. Epp. ad Att. II 1, 1, 3, obj. rzecz.) i współnika Gabinjusza, ajenta Cezara; Rabirjusz Postumus odpowiadał za wymuszenia, popełnione w Aleksandrii.

Za dyktatury Cezara Ciceron wystąpił w obronie wygnanych republikanów: *Pro Marcellō*, 46 r. (por. Cic. In Cat. I 21, obj. rzecz.); *Pro Q. Li-*

gariō, 46 r. (podobna sprawa); *Pro rege Deiotarō*, 45 r. (oskarż. o zamach na Cezara).

Z mów bez podkładu politycznego zachowały się:

mowy w sprawach karnych: *Pro M. Fontēiō* (69 r.): *repetundarum*; *Pro A. Cluentiō Habitiō* (66 r.): trucicielstwo i przekupstwo; *Pro L. Valeriō Flaccō* (59 r.): *repetundarum*;

mowy w sprawach cywilnych: *Pro Quinctiō* (81 r.): najstarsza z zachowanych, w sprawie handlowej; *Pro Q. Rosciō Comoedō* (76 r.): odszkodowanie za zabicie niewolnika, który uczył się sztuki dramatycznej u Roscjusza; *Pro Caecina* (69 r.): w sprawie spadkowej; *Pro Archiā* (62 r.): o prawo obywatelstwa rzymskiego.

Mowy Cyclerona oddalają się od praktycznych mów sądowych, a zbliżają się w układzie i kolorycie do dzieł literatury pisanej. Pisarz unika szczegółów prawniczych, nie zapuszcza się w dialektykę, jaką uprawiano w retoryce stoickiej, natomiast chętniej daje charakterystyki, przyczem świetny jego dowcip służy mu za broń i za środek zajęcia czytelnika osnową, niezbyt z natury swej literacką. Ma wprawdzie Cycero pewien schemat argumentacji, jednakże służy on zazwyczaj za punkt zaczepienia dla popisu dowcipem i krasomówstwem.

Wymowa sądowa Cyclerona, zrazu pod wpływem ostatniego poprzednika Cyclerona w tej dziedzinie, Hortenzjusza, zbyt jaskrawa, namiętna i prawie liryczna (styl zwany azjanistycznym), zczasem obiera kierunek innego wielkiego poprzednika Cyclerona, Krassusa, zbliżający wymowę do ogólnej prozy literackiej, np. prozy historycznej.

Pisma retoryczne

Cycero, nie poprzestając na uzdolnieniach wrodzonych, od najwcześniejszej młodości do schyłku życia oddawał się studjom i ćwiczeniom, które go doskonaliły w zawodzie mowcy. Jako 20-letni młodzieniec zebrał przepisy szkolne o środkach dowodzenia w sądzie (*De inventionē* w 2 księgach) na podstawie wykładów jednego ze swych nauczycieli stoickich.

W latach 79—77 bawi w Atenach, na Rodos i w Azji Mniejszej, słuchając mistrzów wymowy greckiej. Ale dopiero po powrocie z wygnania, wsławiony swą działalnością mowcy sądowego i publicznego, Cycero rysuje w 2 dziełach (*De oratore* w 3 księgach, 55 r., i *Orator*, 46 r.) system wymowy, sądowej wprawdzie, ale rozszerzonej ogólną ogładą literacko-stylistyczną i filozoficzną. Jakkolwiek opiera się na istniejących systemach wymowy sądowej greckiej, jednak pragnie dać szeroko zakreśloną syntezę wymowy powszechnej; mowca nie ma być jedynie technikiem wymowy sądowej, lecz umysłowością, przepojoną wszelkimi zasobami oświaty, a sztuka słowa ma służyć wszystkim darom jego ducha. W piśmie p. t. *Brutus* (46 r.) Cycero maluje rozwój wymowy w Rzymie. Jak dzieło *De oratore*, tak i *Brutus* jest ułożony w formie rozmowy, naśladowanej na dialogu Platona.

Mniejsze pisma retoryczne (*Partitiōnes Oratoriae*, 54 r., i *Topica*, 44 r.) są przeróbkami z greckiego; pierwsze w formie pytań i odpowiedzi podają klasyfikacje, stosowane w systemach retorycznych; drugie wylicza, na podstawie takiegoż dziełka Arystotelesa, różne formy dowodzenia. Trzecie piśmiśko *De optimō genere oratorum* (46 r.) jest przedmową tłumaczenia mów Demostenesa i Ajschinesa *O wieńcu*.

Pisma filozoficzne

Cycero, będąc praktycznie wielkim mowcą, w teorii był zależny w zupełności od Greków. Jeszcze większa zależność od źródeł greckich występuje w pismach filozoficznych Cycerona. Całą ambicją jego w tym zakresie było przelać w formę rzymską poglądy myślicieli greckich i uczynić je własnością narodową. Studja filozoficzne uprawiał Cycero w Rzymie i w czasie podróży greckiej pod kierunkiem nauczycieli akademickich, stoickich i epikurejskich. Mając wielką łatwość słowa, z nadzwyczajnym pośpiechem tłumaczył i przerabiał traktaty filozoficzne greckie.

Główne dzieła filozoficzne Cycerona są: *De republicā* w 6 księgach (54 r.); za przykładem współczesnych stoików przeróbka platońskiej *Politei*, zachowała się w stanie bardzo niezupełnym. Podobnie zaledwo połowa (3 ks.) zachowała się z 6 ksiąg *De legibus* (Platona *Prawa*). *Paradoxa Stoicōrum* (46 r.) podają w krótkim zarysie obronę sześciu najbardziej uderzających twierdzeń stoickich. *Consolatio* (45 r., por. Cic. Epp. ad Att. XII 40, 2, obj. rzecz.) przerabia jedno z częstych pisemek greckich *O żałobie*. Na Arystotelesie wzorował się zaginiony również *Hortensius* (45 r., por. tamże).

Pięć ksiąg *De finibus bonōrum et malōrum* (45 r.), uważanych za najlepsze z dzieł filozoficznych Cycerona, zestawia naukę etyczną najważniejszych szkół filozoficznych greckich.

Academica (45 r.) w 2 księgach wykładają w przeglądzie historycznym naukę Akademji młodszej o poznaniu.

Tusulanāe disputatiōnes (45—44) w 5 księgach zbierają z różnych źródeł naukę stoicką o życiu szczęśliwym.

Dzieło *De naturā deōrum* (45—44) w 3 księgach rozwija w rozmowie poglądy trzech szkół na istotę bogów.

Dwie księgi *De divinatiōne* (44 r.) przedstawiają zapatrywania stoików i akademików na sporną sprawę wyroczeni.

Okaleczone pismo *De fatō* (44 r.) stoi w nauce o przeznaczeniu na stanowisku Akademji przeciw starszym stoikom, za przykładem współczesnego stoika greckiego, Poseidoniosa.

W 3 księgach *De officiis* (44 r.) Cycero przekazał nowożytnym całe bogactwo i głębię nauki stoickiej o wszelkiego rodzaju powinnościach jednostki ludzkiej: wobec siebie, rodziny, państwa, ludzkości, siły wyższej.

Popularne poglądy filozofów greckich na zalety wieku podszłego i na przyjaźń opowiedział Cycero zajmując w dwu rozmowach: *Cato maior sive de senectūte* (45—44) i *Laelius sive de amicitia* (44 r.). Kilka innych pomniejszych pism filozoficznych nie dochowało się.

Piśmiennictwem filozoficznym osiadał sobie Cycero ostatnie, wolne od zajęć politycznych lata pracowitego żywota. Z niepojętą łatwością w kilku latach opracował dla użytku rodaków niemal cały materiał współczesnej filozofji greckiej. Po zaginięciu oryginałów greckich pisma te są dla nas dzisiaj głównie źródłem poznania wielkiej i niedoścignionej do dziś dnia myśli moralnej greckiej. W czasach, kiedy po grecku nie czytano, t. j. od 4-go wieku po Chrystusie do odrodzenia, filozofja Cycerona kształciła ducha moralności kościelnej i świeckiej świata nowożytnego. Niezależnie od treści, pisma filozoficzne Cycerona zalecają się nadto doskonałością formy, przez co też niektórzy stawiają je wyżej od mów.

Listy

Dopiero od czasów odrodzenia zaczęto Cyncerona cenić jako pisarza Listów (16 ksiąg *Listów do Attyka*; tyleż ksiąg *Do różnych znajomych*, t. j. *Ad familiāres*; 3 księgi *Listów do brata Kwintusa*). Zawierają one bezcenny materiał do poznania nie tylko epoki, ale i samej indywidualności autora. Jakkolwiek rozumienie ich nastęrcza dziś pewne trudności, genialna swoboda wielkiego mistrza pióra uprzytamnia czytelnikowi, że język łaciński ma w sobie nie tylko dźwięk spiżu, ale wszystkie tony mowy żywej. Są to listy rzeczywiste, ale literacko opracowane.

Poezja i historia

W młodych latach uprawiał Cyncero poezję. Nadto zachowało się kilkadziesiąt wierszy przekładu poematu astronomicznego greckiego. Zamierzał także poświęcić się historii, głównie swoich czasów i swego konsulatu (prozą i wierszem). Dzieła te częścią nie doszły do skutku, częścią zaginęły.

Postać Cyncerona

Cyncero jest najgenialniejszą postacią literatury rzymskiej; jedynie tylko jeszcze poetów, jak Plauta, Enniusza, a zwłaszcza Owidjusza, można z nim porównać, a z pisarzy prozą: Senekę.

Część jego niepowodzeń politycznych tłumaczy się znieprawieniem czasów i butą optymatów, część — warunkami ustroju, który literata czynił mowcą sądowym, a mowcą sądowego politykiem. Samopoczucie wielkiego człowieka prowadziło go często na bezdroża w polityce, która wymaga wielkiej ostrożności lub wielkiej siły. Cyncero szukał ideału filozoficznego tam, gdzie inni, możniejsi i silniejsi od niego, widzieli jedynie grę interesów rodowych.

Wszystkie jego klęski publiczne przerasta zdumiewający trud życia prywatnego, w którym praca i zdolność szły o lepsze w budowaniu wielkiego dzieła żywota. Żyjąc w okresie największego zbliżenia duszy rzymskiej do greckiej, posiadał tajemnicę artyzmu greckiego, zachowując narodową powagę, trzeźwość i równocześnie rozmach. Chociaż pracował bez wytchnienia i kształcił się do końca życia, nie ma w sobie nic z pedanta ani kopisty.

Cyncero w Polsce, por. Szczepańskiego przedmowy wyborów mów (3 części), pism retorycznych i filozoficznych Cyncerona, oraz tegoż „Kultura klasyczna w zarysie“, str. 129.

Pierwsza mowa przeciw Katylinie ma układ mowy doradczej (*oratio suasoria*). Celem jej jest nakłonić Katylinę do opuszczenia miasta. Nie było bowiem ustawy, która by zmuszała obywatela pójść na wygnanie, o ile nie uszedł sam dobrowolnie, w obawie przed karą śmierci; dopiero wtedy lud mógł zaocznie uchwalić banicję (*aquae et igni interdicere*; por. Terlikowski-Szczerbański, str. 45—46).

Części składowe mowy doradczej są: 1. Wstęp (*propositio*), przedstawiający obecne położenie sprawy; 2. opowiadanie (*narratio*) czyli wy-

łuszczenie przyczyn, które się na obecny stan złożyły; 3. namowa właściwa (*argumentatio*), zawierająca argumenty, dlaczego dla winowajcy jest korzystniej postąpić według rady mowcy; 4. zakończenie (*peroratio*), w którym mowca streszcza motywy swego postępowania, kończąc modłami.

Rozumowanie swoje mowca ożywia dwukrotnie (w części doradczej i w zakończeniu) figurą prozopopei, która po raz pierwszy występuje w Krytonie Platona. Dla dodania większej powagi wywodom, mowca część ich wkłada w usta uosobionej ojczyzny. Gdy ojczyzna czyni zarzuty Katylinie, niechęć osobista mowcy niknie wobec jej głosu. Gdy ojczyzna żąda wdzięczności, mowca już nie tłumaczy się przed senatem, lecz poczuwa się do obowiązku wobec idei państwowej. Zresztą w mowie przeważa dowcip szyderczy, najgroźniejszy, a przez to najczęściej używany oręż wymowy cycerońskiej.

Gdy Cycero zakończył przemówienie, senatorowie wykrzykami oburzenia przerwali usprawiedliwienia Katyliny. Tej samej nocy wraz z 300 spiskowymi Katyliną podążył do obozu Manljusza. W styczniu 62 r. osaczony pod Pistorją (na północny zachód od Florencji) przez Metellusa Celera i konsula Antonjusza stoczył zawziętą bitwę z konsulem i poległ z 3000 towarzyszy.

Tymczasem, po wygłoszeniu I mowy przeciw Katylinie, Cycero dn. 9 listopada 63 r. wygłosił przed ludem II mowę przeciw Katylinie (sprawozdawczą, *pro contione*, por. Cic. Epp. ad Att. IV 1, 6, obj. rzecz).

Katylina, opuszczając Rzym, poruczył P. Lentulusowi kierownictwo spisku w stolicy, w nadziei, że do grudnia uda mu się samemu zebrać wojsko, wystarczające do pochodu na Rzym, a wtedy spiskowi w stolicy wywołają rozruchy podczas Saturnaljów (18 grudnia) i wydadzą mu miasto. Aby zjednać Katylinie posiłki (głównie brakowało mu konnicy), P. Lentulus wszedł w porozumienie z posłami ludu celtyckiego, Allobrogów, bawiącymi podówczas w Rzymie i dnia 2-go grudnia wręczył im listy do władz ich z poleceniem niesienia pomocy Katylinie. Poselstwo udzieliło o tem poufnie wiadomości konsulowi Cyceronowi i za jego wiedzą przyjęło listy od spiskowców; opuszczając Rzym, zostało zrewidowane, a na podstawie odebranych listów uwięziono 4 głównych sprzysiężonych. O tych wydarzeniach powiadomił Cycero lud w III mowie przeciw Katylinie.

5 grudnia r. 63 senat, zebrany w świątyni Zgody (por. Szczepański, str. 178), wysłuchał IV mowy Cycerona przeciw Katylinie i po długich wahaniach przychylił się do wniosku konsula desygnowanego (por. Cic. Epp. ad Fam. XI 12, tytuł, obj. rzecz.) Deciusa Iuniusa Silanusa i zgodził się na karę śmierci bez sądu nad spiskowymi. Stracenie optymatów i senatorów bez sądu stało się niebawem (r. 58) jedną z głównych przyczyn wygnania Cycerona. Cycero chciał ominąć drogę sądową, ponieważ Katyliną dwukrotnie został za poparciem Cezara uwolniony, drogą przekupstwa, w sprawach dowodnie nieczystych. Dzieje spisku Katyliny dowodzą moralnego upadku rządzeń republikańskich, t. j. senatu i sądów. Senatorowie bowiem z uprzedzeń stanowych nie chcieli dopuścić, aby *homo novus* ukarał zbrodniczego optymatę, a sędziowie (*equites*) kupczyli prawem i sumieniem.

Cycero doradza Katylinie, by opuścił Rzym

(Cic. In L. Catilinam I, 1—33)

I. *Propositio*: Rzym czeka na ostatnie poruszenie Katyliny

1. Oburzenie mowcy na zuchwałą obojętność Katyliny

I. Quo usque tandem abutere, Catilīna, patientiā nostrā? quam diu etiam furor iste tuus nos elūdet? quem ad finem sese effrenāta iactābit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor popūli, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senātus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam horum omnium scientiā tenēri coniurationem tuam non vides? Quid proximā, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii cepēris, quem nostrum ignorare arbitrāris?

2. O tempora, o mores! Senatus haec intellēgit, consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senātum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad eandem unum quemque nostrum; nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus.

2. Przykłady dawnej surowości

Ad mortem te, Catilīna, duci iussū consulis iam pridem oportebat, in te conferrī pestem, quam tu in nos machināris.

3. An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit: Catilinam, orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem, nos, consules, perferemus? Nam illa nimis antiqua praetero, quod C. Servilius Ahala Sp. Maelium, novis rebus studentem, manū suā occidit. Fuit, fuit istā quondam in hac re publicā virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem, coercerent.

Habemus senātus consultum in te, Catilīna, vehemens et grave; non deest rei publicae consilium neque auctoritas huius ordinis; nos, nos, dico aperte, consules, desumus.

2. 4. Decrevit quondam senātus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet; nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditiōnum suspiciōnes C. Gracchus clarissimō patre, avō, maioribus, occisus est cum liberis

IN LUCIYO CATILINAM INCIPIT L. JECI PRIMO S.

FELICITER

UOVSQVE TANDE ABYTRE

caulina patenti nra. Quadiu

et non furor iste tuus clude.

Quo ad fine sese effrenat uela

bit audacia? Nichil ne te noct

num psidu palati. nichil urbis

uigilij. nichil amor popli. nichil

coctur' honoru omniu. nichil lau

mentissimus habendi tenaxif

locus. nichil horu ora uolantque

mouerunt. Laete tua cosilia.

no sentis. Costruetu in horu omniu scienca teneri co uiracione nos

uideri. Quis prima. quid superiore nocte egeris. ubi fueris. quos con

uocaueris. qd cosilia coeperis. que nrm ignorare arbitraris. Deo pora

omores. Senatus haec intelligit. cosul uide. hic tam uiuit. uim

immo uero et in senatu uenit. Fie publico cosili perrecepti. non

et designat oculis. ad eade unu queq; nrm. aut fortes uiri lani

facere rei p. uidemur sustul furore. uela uiram. Ad morte et

caulina duci iussu cos. is pridē oportebat inter costru pefre quatu

uinos omis sa diu machinatis. Anqer' uir amplissimus pefre p.

m. n. gacchu mediocritē libe fudatū scatu rei p. priuatis in fecti

caulina orbe arif caede atq; incendis uastare cupiente nrm co

sulet pferimus. Na illa nimis antiqua pferre qd q; seruitur

shala sp. melu nouis reb; fudente manu sua cecidit. Quis fur

ista quondā in hac re p. uirtus. ut uiri fortes acriorib; supplicat

ciue pnciosu qua acerbissimu hoste cohercerent. Tibemus te

inter caulina uehement' nrdet. rei p. cilia neq; audacitas hui

ordinis. Nos nos dico aptr cosules desum. decreuit quondam

Podobizna stronicy rękopisu z wieku X-go, zawierającej początek mowy
Cycerona, In Catilinam I, 1-2, 4, do słów: decrevit quondam.
Biblioteka Ambrojańska w Medjolanie.

M. Fulvius consulāris. Simīli senātūs consultō C. Mariō et L. Valeriō consulibus est permissa res publicā; num unum diem postēa L. Saturnīnum tribūnum plebis et C. Servilium praetōrem mors ac rei publicae poena remorāta est?

At vero nos vicesimū iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim huiusce modi senātūs consultum, verum inclūsum in tabūlis, tamquam in vaginā reconditum, quō ex senātūs consultō confestim te interfectum esse, Catilīna, convēnit.

3. Powody pobłażania chwilowego

Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti, me esse clementem, cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum vidēri, sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno.

5. Castra sunt in Italiā contra populum Romanum in Etruriae faucibus collocata, crescit in dies singulos hostium numerus; eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia, atque adēo in senātū videmus, intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem. Si te iam, Catilīna, comprehendi, si interfici iussēro, credo, erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius, factum esse dicant.

Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certā de causā nondum addūcor, ut faciam. Tum denique interficiēre, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inventri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.

6. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives, et vives ita, ut vivis, multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures, non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

II. Narratio: Akt oskarżenia

4. Udarem nione przez mowcę zamachy Katyliny na całość państwa

3. Et enim quid est, Catilīna, quod iam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest, si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiōrum. Tenēris undique;

luce sunt clariōra nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas.

7. Meministine me ante diem XII. Kalendas Novembres dicere in senatū, fore in armis certo die, qui dies futūrus esset ante diem VI. Kalendas Novembres, C. Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilīna, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum, id quod multo magis est admirandum, dies?

Dixi ego idem in senātū, caedem te optimatium contulisse in ante diem V. Kalendas Novembres, tum cum multi principes civitatis Romā, non tam sui conservandi, quam tuōrum consiliōrum reprimendōrum causā, profugerunt.

Num infitiāri potes te illo ipso die meis praesidiis, meā diligentia circumclūsum commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessū ceterōrum nostrā tamen, qui remansissēmus, caede te contentum esse dicebas?

8. Quid, cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupatūrum nocturno impētū esse confidēs, sensistine illam coloniam meo iussū, meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam, sed etiam vidēam planēque sentiam.

5. Zamachy Katyliny na życie Cyclerona

4. Recognosce tandem mecum noctem illam superiorē; iam intelligēs multo me vigilare acrius ad salutē, quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscurē) in M. Laecae domum; convenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Convincam, si negas; vidēo enim esse hic in senātū quosdam, qui tecum unā fuerunt.

9. O di immortales! Ubīnam gentium sumus? In quā urbe vivimus? Quam rem publicam habēmus? Hic, hic sunt, in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitū, qui de huius urbis, atque adēo de orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego vidēo consul et de re publicā sententiam rogo et, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnēro.

Fuisti igitur apud Laecam illā nocte, Catilīna, distribuisti partes Italiae, statuisti, quō quemque proficisci placēret, delegisti, quos Romae relinquēs, quos tecum educēs, discripsisti urbis partes ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exitūrum, dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego vivērem.

Reperti sunt duo equites Romani, qui te istā curā liberarent, et sese illā ipsā nocte, paulo ante lucem, me in meō lectulō interfectūros esse pollicerentur.

10. Haec ego omnia vixdum etiam coetū vestrō dimissō compēri; domum meam maioribus praesidiis munīvi atque firmāvi; exclusi eos, quos tu ad me salutātum mane miserās, cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id tempōris ventūros esse praedixeram.

5.

Quae cum ita sint, Catilīna, perge, quō coepisti; egredere aliquando ex urbe; patent portae, proficiscere. Nimum diu te imperatorem tua illa Manliāna castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos; si minus, quam plurimos; purga urbem. Magnō me metū liberabis, dum modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes; non feram, non patiar, non sinam.

11. Magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimō custōdi huius urbis, gratia, quod hanc, tam taetram, tam horribilem tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in unō homīne summa salus periclitanda rei publicae.

Quamdiu mihi consūli designātō, Catilīna, insidiātus es, non publicō me praesidiō, sed privatā diligentia defendi. Cum proximis comitiis consularibus me consulem in campō et competitorēs tuos interficere voluisti, compressi conātūs tuos nefarios amicōrum praesidiō et copiis, nullō tumultū publice concitātō. Denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magnā calamitate rei publicae esse coniunctam.

12. Nunc iam aperte rem publicam universam petis; templa deōrum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam totam ad exitium et vastitatem vocas.

III. *Argumentatio*: Rady Cyclerona

6. Przeszłość Katyliny, skalana prywatnie i publicznie

Quare quoniam id, quod est primum et quod huius imperii disciplinaeque maiōrum proprium est, facere nondum audeo, faciam id, quod est ad severitatem lenius, ad commūnem salutem utilius. Nam si te interfici iussēro, residēbit in re publica reliquā coniuratorum manus; sin tu, quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe magnā et perniciosā sentina rei publicae.

13. Quid est, Catilīna? Num dubitas id me imperante facere, quod iam tuā sponte faciēbas? Exire ex urbe iubet consul hostem; interrōgas me, num in exilium? Non iubēo, sed, si me consūlis, suadēo.

6.

Quid est enim, Catilīna, quod te iam in hac urbe delectare possit? In quā nemo est, extra istam coniuratiōnem perditōrum hominū, qui te non metūat, nemo, qui te non odērit.

Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? Quod privatārum rerum dedēcus non haeret in famā?

14. Quid vero? Nuper cum morte superiōris uxōris novis nuptiis domum vacuefecisses, nonne etiam aliō incredibīli scelēre hoc scelus cumulasti? Quod ego praetermitto et facile patior silēri, ne in hac civitatē tanti facinōris immanitas aut exstittisse aut non vindicāta esse videātur.

Praetermitto ruīnas fortunārum tuārum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties; ad illa venio, quae non ad privatam ignominiam vitiōrum tuōrum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinē, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutēque pertinent.

15. Potēstne tibi haec lux, Catilīna, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum nemīnem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias, Lepīdo et Tullo consulibus, stetisse in comitiō cum telo, manum consūlum et principum civitatis interficiendōrum causā paravisse, scelēri ac furōri tuō non mentem aliquam aut timōrem tuum, sed fortunam popūli Romāni obstittisse?

Ac iam illa omitto, quotiens tu me designātum, quotiens vero consūlem interficere conātus es! Quot ego tuas petitiōnes, ita coniectas, ut vitari posse non viderentur, parvā quadam declinatiōne et, ut aiunt, corpore effūgi! Nihil assequēris, neque tamen conāri ac velle desistis.

16. Quotiens tibi iam extorta est ista sica de manibus! Quotiens excidit casū aliquō et elapsa est! Quae quidem quibus abs te initiāta sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas esse in consūlis corpore defigere.

7. Powszechna odraza do Katyliny

7.

Nunc vero quae tua est ista vita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odiō permōtus esse vidēar, quo debēo, sed ut misericordiā, quae tibi nulla debetur.

Venisti paulō ante in senātum. Quis te ex hac tantā frequentiā totque tuis amīcis ac necessariis salutavit? Si hoc post

hominum memoriam contigit nemini, vocis expectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt, quod omnes consulares, qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliōrum nudam atque inanem reliquerunt, quō tandem animo tibi ferendum putas?

17. Servi mehercule mei si me isto pacto metuērent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putārem; tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis civibus iniuriā suspectum tam graviter atque offensum vidērem, carere me aspectū civium, quam infestis omnium oculis conspici mallet; tu cum conscientia scelērum tuōrum agnoscas odium omnium iustum et iam diu tibi debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eōrum aspectum praesentiāque vitare?

Si te parentes timērent atque odissent tui, neque eos ullā ratione placare posses, ut opinor, ab eōrum oculis aliquō concederes; nunc te patriā, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit et iam diu nihil te iudicat, nisi de parricidio suo, cogitare; huius tu neque auctoritatem verebēre, nec iudicium sequere, nec vim pertimesces?

8. Głos ojczyzny do Katyliny

18. Quae tecum, Catilina, sic agit et quōdam modo tacita loquitur:

Nullum iam aliquot annis facinus existit nisi per te, nullum flagitium sine te; tibi uni multorum civium necesse, tibi vexatio direptioque sociōrum impunita fuit ac libera; tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas perfringendāsque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli; nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quidquid increpuerit, Catilinam timēri, nullum vidēri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam ob rem discēde atque hunc mihi timōrem eripe; si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.

8. 19. Haec si tecum ita, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit?

9. Niebezpieczeństwo dalszego pozostawania w Rzymie

Quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti? Quod vitandae suspicionis causā ad M. Lepidum te habitare velle dixisti? A quō non receptus, etiam ad me venire ausus es atque, ut

domi meae te asservārem, rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses, me nullō modo posse isdem parietibus tutō esse tecum, qui magnō in pericūlō essem, quod isdem moenibus continerēmur, ad Q. Metellum praetōrem venisti. A quō repudiātus, ad sodalem tuum, virum optimum, M. Metellum demigrasti; quem tu videlicet et ad custodiendum diligentissimum et ad suspicandum sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcēre atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicārit?

20. Quae cum ita sint, Catilīna, dubitas, si emōri aequo animo non potes, abire in aliq̄uas terras et vitam istam, multis suppliciis iustis debitisque ereptam, fugae solitudinīque mandare?

10. Milczenie senatu

Refer, inquis, ad senātum; id enim postulas et, si hic ordo placere decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret a meis moribus, et tamen faciam, ut intellēgas, quid hi de te sentiant.

Egredere ex urbe, Catilīna, libērā rem publicam metū, in exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere.

Quid est, Catilīna? Ecquid attendis, ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicias?

21. At si hoc idem huic adulescenti optimō P. Sestiō, si fortissimō virō M. Marcellō dixissem, iam mihi, consūli, hoc ipsō in templō, iure optimō, senātus vim et manūs intulisset.

De te autem, Catilīna, cum quiescunt, probant; cum patiuntur, decernunt; cum tacent, clamant; neque hi solum, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romāni, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senātum, quorum tu et frequentiam videre et studia perspicere et voces paulō ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manūs ac tela continēo, eōsdem facile addūcam, ut te haec, quae vastare iam pridem studes, relinquentem usque ad portas prosequantur.

11. Ofiarnośc konsula

9. 22. Quamquam quid loquor? Te ut ulla res frangat? Tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint!

Tametsi vidēo, si meā voce perterritus ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in

praesens tempus recenti memoriā scelērum tuōrum, at in posteritatem impendēat. Sed est tanti, dum modo ista sit privata calamitas et a rei publicae periculis seiungatur.

Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas, non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor umquam a turpitudine aut metus a periculō aut ratio a furōre revocārit.

23. Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscēre ac, si mihi inimicō, ut praedicas, tuō conflare vis invidiam, rectā perge in exsilium; vix feram sermōnes hominū, si id feceris; vix molem istius invidiae, si in exsilium iussū consulis iēris, sustinēbo. Si autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importūnā sceleratorum manū, confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, exsulta impiō latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

12. Przygotowania zbrojne Katyliny

24. Quamquam quid ego te invitē, a quō iam sciam esse praemissos, qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, cui sciam pactam et constitutam cum Manliō diem, a quō etiam aquilam illam argentēam (quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram), cui domi tuae sacrarium constitutum fuit, sciam esse praemissam? Tu ut illā carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solēbas, a cuius altaribus saepe istam impiam dextēram ad necem civium transulisti?

13. Hart wojenny Katyliny

10. 25. Ibis tandem aliquando, quō te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiēbat. Neque enim tibi haec res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura pepērit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupisti.

Nactus es ex perditis atque ab omni, non modo fortunā, verum etiam spe derelictis improborum manum. 26. Hic tu quā laetitiam perfruere, quibus gaudiis exsultabis, quantā in voluptate bacchabere, cum in tantō numērō tuōrum neque audies virum bonum quemquam neque vidēbis!

Ad huius vitae studium meditāti illi sunt, qui feruntur, labores tui, iacere humi ad facinus obeundum, vigilare insidiantem bonis otiosorum. Habes, ubi ostentes tuam illam praeclaram

patientiam famis, frigōris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties.

27. Tantum profeci tum, cum te a consulatū reppūli, ut exsul potius temptare, quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id, quod esset abs te scelerate susceptum, latrocinium potius, quam bellum, nominaretur.

IV. *Peroratio*: Usprawiedliwienie zwłoki w ukaraniu Katyliny

14. Głos ojczyzny do Cyncerona

II. Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam, prope iustam, patriae querimoniam detester ac deprēcer, percipite, quaeso, diligenter, quae dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etēnim si mecum patriā, quae mihi vitā meā multo est carior, si cunctā Italiā, si omnis res publicā sic loquatur:

M. Tulli, quid agis? tune eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem scelēris, principem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum, exire patiēre, ut abs te non emissus ex urbe, sed inmissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summō supplicio mactari imperabis?

28. Quid tandem te impedit? Mosne maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publicā perniciōsos cives morte multarunt. An leges, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? At numquam in hac urbe, qui a re publicā defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Praeclaram vero populo Romanō refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nullā commendatione maiorum tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiae aut alicuius periculi metum salutem civium tuorum neglegis. 29. Sed si quis est invidiae metus, num est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac nequitiae, pertimescenda? An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardēbunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagratūrum?

15. Odpowiedź mowcy

12. His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum, qui hoc idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factū iudicarem, patres conscripti, Catilinam

morte multari, unius usuram horae gladiatorum isti ad vivendum non dedissem. Et enim si summi viri et clarissimi cives Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine, non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricidam civium interfecto, invidiae in posteritatem redundaret. Quodsi ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo fui semper, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam, putarem.

30. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea, quae imminet, non vident, aut ea, quae vident, dissimulent: qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt: quorum auctoritate multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicent. Nunc intelligo, si iste, quomodo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat, coniurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto intelligo hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimere posse.

Quodsi se eiecerit secumque suos eduxerit et eodem ceteros, undique collectos naufragos, aggregaverit, extinguetur atque debetur, non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

13.

31. Et enim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur, sed nescio quomodo pacto omnium scelorum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quodsi ex tanto latrocinio iste unus tollitur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus curam et metum esse relevati, periculum autem residet et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrisque iactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevati videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflicantur, sic hic morbus, qui est in re publica, relevatus istius poenam, vehementius reliquis vivis ingravescet.

16. Życzenia i modły

32. Quare secendant improbi, unum in locum congregentur, muro denique, quod saepe iam dixi, discernantur a nobis. Desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare: sit denique inscriptum in fronte uniuscuiusque, quid de re publica sentiat.

Pollicëor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romānis virtutem, tantam in omnibus bonis consensuōnem, ut Catilinae profectiōne omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicāta esse videātis.

33. Hisce ominibus, Catilina, cum summā rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitiō, qui se tecum omni scelere parricidiōque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium.

Tu, Iuppiter, qui isdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulō es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperii vere nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vitā fortunisque civium omnium arcēbis et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones Italiae, scelērum foedere inter se ac nefariā societate coniunctos, aeternis suppliciis vivos mortuōsque mactābis.

Caius Sallustius Crispus

Caius Sallustius Crispus urodził się w r. 86 przed Chr. w Amiternum, mieście sabińskim (90 km na północny wschód od Rzymu), zmarł w r. 35 przed Chr. Jako trybun ludu w r. 52 stanął po stronie Cezara przeciw Milonowi, mordercy Klodjusza, i przeciw Cyceronowi; zwalczał też Cycerona przez całe życie jak najzawzięciej. W r. 50 usunięty ze senatu, przebywa odtąd przy boku Cezara, najpierw w Galji, później dowodzi jego flotą w wojnie domowej. W r. 48 (po zwycięstwie Cezara pod Pharsalos) odzyskuje godność senatora. Za zasługi, oddane Cezarowi w wojnie afrykańskiej (47—46), zostaje prokonsulem Afryki, lecz z powodu procesu o zdrzństwo wraca w r. 45 do Rzymu; po śmierci Cezara prowadzi życie zaciszne w swoich słynnych ogrodach (*horti Sallustiani*) w Rzymie (między Monte Pincio a Kwirynałem).

Pierwsze dzieło Salustjusza, *De coniuratione Catilinae* lub *Bellum Catilinae*, wyjaśnia przyczyny spisku (ogólne zepsucie moralne, a zwłaszcza wśród optymatów; ciężkie warunki życia po przewrotach Marjusza i Sulli; znieprawienie młodości Katyliny w czasach rządów Sulli) i opisuje jego przebieg zewnętrzny, ponieważ autor nie miał dokładniejszych wiadomości, poza pismami Cycerona, opowiadaniem o pamiętnym posiedzeniu senatu z dnia 7 listopada i o bitwie, oraz poza 2 listami Katyliny. Postaci rysują się wyraziście, panuje ton rzeźbowy.



Popiersie Salustjusza.
Muzeum Watykańskie.

Więcej namiętności ujawnia się w drugim, nieco większym, dziele Salustjusza, *Bellum Iugurthinum* (wojna z Jugurtą, królem numidyjskim, w latach 111—105); autor sławi zwycięstwa wodza popularów, Marjusza, w Afryce. Opis przyczyn i rozmiarów wojny łączy się z obrazem znikczemnienia optymatów; mniej go obchodzą losy samego Jugurty.

Historiae przedstawiały okres wzmocnienia się wpływów demokratycznych po śmierci Sulli (lata 78—67). Dzieło, nieskończone przez autora, zachowało się jedynie w urywkach. Salustjusz pisze z wyszukaną zwięzłością, a unika okresów, właściwych prozie Cycerona. Wyrażeniom nadaje często uderzający nacisk (t. zw. *significatio praegnans*, por. 5 i 15, obj. jęz.), i nierzadko oddala się od użycia wyrażań w ich zwykłym znaczeniu (por.

14, 2 i 56, 1, obj. jęz.); dobiera je, mimo że pisze dzieje współczesne, z dawniejszych pisarzy rzymskich, używa form starodawnych, przez co jest najstarszym przedstawicielem prądu archaistycznego, który najsilniej rozwinął się w 100 lat później, za cesarza Hadrijana. Nie wzoruje się na romansowem dziejopisarstwie okresu hellenistycznego, lecz pod wpływem dziejopisarza greckiego z epoki klasycznej, Tucydyesa, bystro rozpatruje dalsze przyczyny wszelkich wydarzeń, zwłaszcza duchowe zabarwienia całych epok i bliższe powody, ukryte w naturach osób działających (psychologizm). W doborze takich tylko faktów, dla których należy szukać uzasadnienia w ogólnym związku przyczyn i skutków (pragmatyzm), różni się Salustjusz od kronikarzy. Natomiast od Tucydyesa odstępuje, a pozostaje w zależności od dziejopisarzy hellenistycznych, mniej dbając o drobne wydarzenia, a więcej o osobistości (charakterystyka). Zarówno język, jak i ogólniejsza forma literacka pism Salustjusza, wywarły widoczny wpływ na Tacyta.

Salustjusz w Polsce por. Szczepański, „Kultura klasyczna w zarysie“, str. 96.

Spisek Katyliny

(Sallustius BC 5—61)

1. Postać Katyliny

5. L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. 2. Huic ab adolescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis, grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. 3. Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae, supra quam quoiquam credibile est. 4. Animus audax, subdolus, varius, quous rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. 5. Vastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.

6.

Hunc post dominationem L. Sullae libido maxima invaserat rei publicae capiundae; neque, id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. 7. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelorum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memoravi. 8. Incitabant praetera corrupti civitatis mores, quos pessima ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

2. Towarzysze Katyliny

14.

In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factum facillimum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. 2. Nam quicumque

bona patria laceraverat, quique alienum aes grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret, (3) praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat, postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinae proximi familiarisque erant.

4. Quodsi quis etiam a culpa vacuos in amicitiam eius inciderat, cottidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. 5. Sed maxime adulescentium familiaritates adpetebat; eorum animi, molles et aetate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur.

15. Iam primum adulescens Catilina multa nefanda fecerat. 2. Postremo captus amore Aureliae Orestillae, quous praeter formam nihil umquam bonus laudavit, quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse.

3. Quae quidem res mihi in primis videtur causa fuisse facinus maturandi. 4. Namque animus impurus, dis hominibusque infestus, neque vigiliis neque quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vastabat. 5. Igitur colos ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie voltuque vecordia inerat.

16.

Sed iuventutem, quam, ut supra diximus, illexerat, multis modis mala facinora edocebat. 2. Ex illis testis signatorisque falsos commodare; fidem, fortunas, pericula, vilia habere; post, ubi eorum famam atque pudorem adtriverat, maiora alia imperabat. 3. Si causa peccandi in praesens minus suppetebat, nihil minus insontis, sicuti sontis, circumvenire, iugulare: scilicet, ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat.

4. His amicis sociisque confusus Catilina, simul quod aes alienum per omnis terras ingens erat, et quod plerique Sullani milites, largius suo usu, rapinarum et victoriae veteris memores, civile bellum exoptabant, opprimundae rei publicae consilium cepit. 5. In Italia nullus exercitus, Cn. Pompeius in extremis terris bellum gererat: ipsi consulatum petenti magna spes; senatus nihil sane intentus, tutae tranquillaeque res omnes: sed ea prorsus opportuna Catilinae.

3. Rozgrom Katyliny

a) Osaczenie Katyliny

56. Dum ea Romae geruntur, Catilīna ex omni copiā, quam et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legiones instituit. 3. Sed ex omni copiā circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudis portabant.

4. Sed postquam Antonius cum exercitū adventabat, Catilīna per montis iter facere, modo ad urbem, modo Galliam versus castra movere, hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romae socii incepta patravissent. 5. Interēa servitia repudiabat, quoniam initio ad eum magnae copiae concurrēbant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans videri causam civium cum servis fugitivis communicavisse.

57. Sed postquam in castra nuntius pervenit Romae coniurationem patefactam, de Lentulo et Cethego ceterisque supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur. Reliquos Catilīna per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio uti per tramites occulte perfugeret in Galliam Transalpinam.

2. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quae supra diximus, Catilinam agitare. 3. Igitur ubi iter eius ex perfugis cognovit, castra prope movit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. 4. Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitū locis aequioribus expeditus in fugam sequeretur.

5. Sed Catilīna, postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugae neque praesidii ullam spem, optimum factū ratus in tali re fortunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum configere. Itaque contione advocata huiusce modi orationem habuit.

b) Przemówienie Katyliny przed bojem

58. „Comperitum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuom neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. 2. Quanta quousque animo audacia naturā aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria neque pericula excitant, neququam hortere:

timor animi auribus officit. 3. Sed ego vos, quō pauca monerem, advocāvi, simul uti causam mei consilii aperirem.

4. Scitis equidem, milites, socordiā atque ignaviā Lentūli quantam ipsi nobisque cladem attulērit, quōque modo, dum ex urbe praesidia opperior, in Galliam proficisci nequivērim. 5. Nunc vero, quō locō res nostrae sint, iuxta mecum intellegītis.

6. Exercītus hostium duo, unus ab urbe, alter a Galliā obstant; diutius in his locis esse, si maxūme animus ferat, frumenti atque aliārum rerum egestas prohibet: 7. quocūmque ire placet, ferro iter aperiendum est. 8. Quāpropter vos monēo, uti forti atque parātō animo sitis et, quom proelium inibītis, meminerītis vos divitias, decus, gloriā, praeterēa libertātem atque patriam in dextris vestris portāre. 9. Si vincimur, omnia nobis tuta erunt: commeātus abunde, municipia atque coloniae patebunt: si metū cesserimur, eādē illa advorsa fient, (10) neque locus neque amīcus quisquam teget, quem arma non texerint.

11. Praeterēa, milites, non eādē nobis et illis necessitudo inpendet: nos pro patriā, pro libertāte, pro vitā certāmus: illis supervacaneū est pugnāre pro potentiā paucōrum. 12. Quō audacius aggredimini, memōres pristinae virtūtis. 13. Licuit vobis cum summā turpitudine in exiliō aetātem agere, potuistis nonnulli Romae amissis bonis aliēnas opes exspectare: (14) quia illa foeda atque intoleranda viris videbantur, haec sequi decrevistis. 15. Si haec relinquere voltis, audaciā opus est: nemo nisi victor pace bellum mutavit. 16. Nam in fugā salutem sperare, quom arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus avortēris, ea vero dementia est. 17. Semper in proeliō iis maxūmum est pericūlum, qui maxūme timent; audacia pro murō habetur.

18. Quom vos considēro, milites, et quom facta vestra aestūmo, magna me spes victoriae tenet. 19. Animus, aetas, virtus vestra me hortantur, praeterēa necessitudo, quae etiam timidos fortis facit. 20. Nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiae loci. 21. Quod si virtūti vestrae fortuna invidērit, cavēte, inulti animam amittātis, neu capti potius, sicūti pecōra, trucidemini, quam virōrum more pugnantes, cruentam atque luctuōsam victoriam hostibus relinquātis“.

c) Obustronne przygotowania do bitwy

59. Haec ubi dixit, paululum conmorātus, signa canere iubet atque instructos ordines in locum aequom dedūcit. Dein remōtis omnium equis, quō militibus exaequātō pericūlō animus amplior esset, ipse pedes exercītum pro loco atque copiis instruit.

2. Nam, uti planities erat inter sinistros montis et ab dextrā rupe aspērā, octo cohortis in fronte constituit, reliquārum signa in subsidiō artius conlocat. 3. Ab iis centuriōnes, omnis lectos et evocātos, praeterēa ex gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextrā, Faesulanum quendam in sinistrā parte curāre iubet. Ipse cum libertis et colōnis propter aquillam adsistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitū habuisse dicebatur.

4. At ex altēra parte C. Antonius, pedibus aeger quod proelio adesse nequibat, M. Petreio legatō exercitum permittit. 5. Ille cohortis veterānas, quas tumulti causā conscripsērat, in fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unum quemque nominans appellat, hortatur, rogat, ut meminērint se contra latrones inermis pro patriā, pro libēris, pro aris atque focus suis certare. 6. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus aut praefectus aut legatus aut praetor cum magnā gloriā in exercitū fuerat, plerosque ipsos factaque eorum fortia novērat: ea commemorandō militum animos accendēbat.

60.

d) Bitwa

Sed ubi omnibus rebus explorātis Petreius tubā signum dat, cohortis paulatim incedere iubet; idem facit hostium exercitus. 2. Postquam eō ventum est, unde a ferentariis proelium committi posset, maximo clamore cum infestis signis concurrunt; pila omittunt, gladiis res geritur. 3. Veterani pristinae virtutis memores, comminus acriter instare, illi haud timidi resistunt; maximā vi certatur. 4. Interēa Catilina cum expeditis in prima acie vorsari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcesere, omnia providere, multum ipse pugnare, saepe hostem ferire; strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur.

5. Petreius ubi videt Catilinam, contra ac ratus erat, magnā vi tendere, cohortem praetoriam in medios hostis inducit eosque perturbatos atque alios alibi resistentis interficit. Deinde utrimque ex lateribus ceteros aggreditur. 6. Manlius et Faesulanus in primis pugnantes cadunt. Catilina postquam fusas copias seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristinae suae dignitatis, in confertissimos hostis incurrit ibique pugnans confoditur.

61.

e) Pobojowisko

Sed confecto proelio, tum vero cerneres, quanta audacia quantaque animi vis fuisset in exercitū Catilinae. 2. Nam fere quem quisque vivos pugnando locum cepērat, eum amissā

anīmā corpore tegēbat. 3. Pauci autem, quos medios cohors praetoria disiecērat, paulō divorsius, sed omnes tamen advorsis vulneribus concidērant. 4. Catilīna vero longe a suis inter hostium cadavēra repertus est, paulūlum etiam spirans ferociāmque anīmi, quam habuērat vivōs, in voltū retinens. Postrēmō ex omni copiā neque in proeliō neque in fugā quisquam civis ingenuōs captus est; 6. ita cuncti suae hostiūmque vitae iuxta pepercērant.

7. Neque tamen exercītus popūli Romāni laetam aut incruentam victoriam adeptus erat. Nam strenuissūmus quisque aut occidērat in proeliō aut graviter volnerātus discessērat. 8. Multi autem, qui e castris visundi aut spoliandi gratiā processērant, volventes hostilia cadavēra, amicum alii, pars hospitem aut cognātum reperiēbant; fuere item, qui inimicos suos cognoscērent. 9. Ita varie per omnem exercītum laetitia, maeror, luctus atque gaudia agitabantur.

M. Tullii Ciceronis

pro A. Licinio Archia poeta

oratio ad iudices

I. Wstęp: Cyncero zapowiada ogólną obronę sztuk
i nauk wyzwolonych

1. Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infitior mediocriter esse versatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse. Quodsi haec vox huius hortatu praeeptisque conformata nonnullis aliquando salutis fuit: a quo id accepimus, quo ceteris opitulari et alios servare possemus, huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, et opem et salutem ferre debemus. 2. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii neque haec dicendi ratio aut disciplina: ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dedisti fuimus. Et enim omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur.

2.

3. Sed ne cui vestrum mirum esse videatur, me in quaestione legitima et in iudicio publico, cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia, hoc uti genere dicendi, quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat: quaeso a vobis, ut in hac

causā mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quem ad modum spero, non molestam, ut me pro summō poētā atque eruditissimō homīne dicentem, hoc concursū homīnum litteratissimōrum, hac vestrā humanitāte, hoc dēnique praetōre exercente iudicium, patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulō loqui liberius et in eiusmodi persōnā, quae propter offitium minime in iudiciis periculisque tractata est, uti prope novō quōdam et inusitatō genēre dicendi. 4. Quod si mihi a vobis tribūi concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numērō civium, verum etiam, si non esset, putētis adsciscendum fuisse.

II. Opowiadanie: Życiorys Archjasza aż do uzyskania obywatelstwa rzymskiego

3. Nam ut primum ex puēris excessit Archias atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae — nam ibi natus est loco nobili — celebri quondam in urbe et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluentem, celeriter antecellere omnibus ingenii gloriam coepit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graeciam sic eius adventus celebrabatur, ut famam ingenii exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret. 5. Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiique haec et in Latium vehementius tum colebantur quam nunc isdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur. Itaque hunc et Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemis donarunt, et omnes, qui aliquid de ingenio poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque aures adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Et erat hoc non solum ingenii ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima patuit, eadem esset familiarissima senectuti. 6. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico et eius Pio filio, audiebatur a M. Aemilio, vivebat cum Q. Catulo et patre et filio, a L. Crasso colebatur; Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret, adficie-

bātur summō honōre, quod eum non solum colēbant qui aliquid percipere atque audire studēbant, verum etiam si qui forte simulābant.

4. Intērim satis longō intervallo, cum esset cum M. Lucullō in Siciliā profectus et cum ex eā provinciā cum eōdem Lucullō decedēret, venit Heraclēam. Quae cum esset civitas aequissimō iure ac foedere, adscribi se in eam civitatem voluit, idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. 7. Data est civitas Silvani lege et Carbonis si qui foederatis civitatibus adscripti fuissent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi. Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum, familiarissimum suum.

III. Dowodzenie: Archjasz uzyskał obywatelstwo w Heraklei i zgłosił się przed pretorem

8. Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius, causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gratti, potest? Heraclaeae esse tum adscriptum negabis? Adest vir summā auctoritate et religione et fide, M. Lucullus, qui se non opinari sed scire, non audisse sed vidisse, non interfuisse sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines; huius iudicii causā cum mandatis et cum publico testimonio venērunt; qui hunc adscriptum Heracliensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere, requirere, quae habere non possumus, et de hominum memoriā tacere, litterarum memoriā flagitare, et, cum habēas amplissimi viri religionem, integerrimi municipii ius iurandum fidemque, ea, quae depravari nullo modo possunt, repudiare, tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. 9. An domicilium Romae non habuit? is qui tot annis ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit! An non est professus? Immo vero iis tabulis professus, quae solae ex illa professione collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

5. Nam cum Appi tabulae negligentius adservatae dicerentur, Gabinii, quamdiu incolūmis fuit, levitas, post damnationem ca-

lamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices veniret et unius nominis literam se commotum esse dixerit. His igitur in tabulis nullam literam in nomine A. Licinii videtis.

10. Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit adscriptus? Et enim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis non gravate civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic summam ingenii praedito gloria noluisse! Quid? Ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt: hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reicietur?

11. Census nostros requiris. Scilicet; est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis, Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo indicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse, pro cive: iis temporibus is, quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus et adit hereditates civium Romanorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo pro consule. Quaere argumenta, si quae potes; numquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revincetur.

IV. Obszerniejsze uzasadnienie: Studjum sztuk i nauk wyzwolonych pobudza ducha do wyzszych wysilkow, pozytecznych takze dla panstwa

6.

Quaeres a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur. 12. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus, aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum; ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt, ut nihil possint ex iis neque ad communem adferre fructum neque in adspectum lucumque proferre; me autem quid pudeat, qui

tot annos ita vivo, iudices, ut a nullus umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit aut voluptas avocaverit aut denique somnus retardarit? 13. Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero?

Atque hoc eo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas, quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. 14. Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem nihil esse in vita magno opere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exilii parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt! quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

7.

15. Quaeret quisquam: 'quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?' Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse sine doctrina, et naturae ipsius habitum prope divino per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor. Etiam illud adiungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego hoc contendo, cum ad naturam eximiam et illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio quid praeclarum ac singulare solere existere; 16. ex hoc esse hunc numerum, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum, ex hoc C. Laelium, L. Furium, moderatissimos homines et continentissimos, ex hoc fortissimum virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem

illum senem; qui profecto, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adiuventur, numquam se ad earum studium contulissent.

Quodsi non hic tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi remissionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae neque temporum sunt neque aetatum omnium neque locorum; at haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Archjasz, jako poeta, zasłużył na obywatelstwo
rzymskie

8. 17. Quodsi ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possimus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Rosci morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. 18. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? Quotiens ego hunc Archiam vidi, iudices, — (18) utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis, — quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore! Quotiens revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Quae vero accurate cogitatemque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam? non admirer? non omni ratione defendendum putem? Atque sic a summis hominibus eruditissimisque acceptimus, ceterarum rerum studia ex doctrina et praeceptis et arte constare, poetam naturam ipsam valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. 19. Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci respondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt: nos instituti rebus optimis non poetarum

voce moveāmur? Homērum Colophonī civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repētunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant itāque etiam delūbrum eius in oppidō dedicaverunt; permulti alii praeterēā pugnant inter se atque contendunt.

9.

Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expētunt: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus? praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudēque celebrandam. Nam et Cimbricas res adulescens attigit et ipsi illi C. Mariō, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. 20. Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur. Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quae gesserat, posse celebrari. 21. Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est; qui libri non modo L. Lucillum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regis quondam opibus et ipsa naturā et regione vallatum. Populi Romani exercitus eodem duce non maximā manū innumerabiles Armeniorum copias fudit. Populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam. Nostra semper feretur et praedicabitur L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis est, incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis. Nostra sunt tropaea, nostra monumenta, nostri triumphi: quae quorum ingeniiis efferuntur, ab iis populi Romani fama celebratur. 22. Carus fuit Africanō superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore: cuius laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur: magnus honos po-



Głowa Homera.
Rzym. Palazzo Doria.

pūli Romānī rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur.

10.

Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiciemus?

23. Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea



Grobowiec Scypjonów. Muzeum Watykańskie.

quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Quare si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quom manus nostrorum et tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis

populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum iis certe, qui de vita gloriae causam dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. 24. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, o fortunante inquit adulescens, qui tuae virtutis Homerum praecōnem invenēris! Et vere; nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mitylenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit, et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt?

25. Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit! Sulla cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc peitentem repudiasset; quem nos in contione vidimus, cum ei li-

bellum malus poëta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus, quas tum vendebat, iubere ei praemium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poëtae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copia non expetisset? 26. Quid? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet.

11.

Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam in iis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. 27. Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum adiutus exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare, in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorreere.

Zasługi Archjasza względem Cycerona

28. Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo et de meo quodam amore gloriae nimis acri fortasse, verum tamen honesto vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis huiusque imperii et pro vita civium proque universa re publica gessimus, attigit hic versibus atque incohavit; quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adhortatus sum. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae; qua quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculum et tam brevi tantis nos in laboribus exerceamus? 29. Certe, si nihil animus praesentiret in posterum et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur nec totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc

insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemoratiōnem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam.

12. 30. An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in re publicā atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt: consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem non multo malle debemus, summis ingenis expressam et politam? Ego vero omnia, quae gerēbam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrābar in orbis terrae memoriā sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

V. Zakończenie: Cyncero zbiera wszystkie tytuły Archjasza do obywatelstwa rzymskiego i usprawiedliwia się, że obronę rozszerzył na sztuki i nauki wyzwolone

31. Quare conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari cum dignitate, tum etiam vetustate, ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingenis expetitum esse videatis, causam vero eius modi, quae beneficio legis, auctoritate municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis ingenis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis datum esse proficitur estque ex eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestram levatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur.

32. Quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus; quae a forensi aliena iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipso studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo, qui iudicium exercet, certo scio.

Cycero ogląda wille dla brata

(Cicero Epp. ad Q. fr. III, 1, 1—7, 25)

Marcus Q. Fratri s.

1. 1. Ego ex magnis caloribus — non enim meminimus maiōres — in Arpinati summā cum amoenitāte fluminis me refēci.

In Maniliānō offendi Diphylum. Nihil ei restābat praeter balnearia et ambulatiōnem et aviarium. Villa mihi valde placuit, propterea quod summam dignitatem pavimenta porticus habebat; quod mihi nunc denique apparuit, posteaquam et ipsa tota patet et columnae politae




Zwaliska największej willi rzymskiej: willi cesarza Hadryjana w Tibur (Tivoli).

sunt. Pavimenta recte fieri videntur. Camēras quasdam non probāvi mutarique iussi. 2. Columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat; eas scilicet demolietur: aliquando perpendiculō et linēā discet uti.

Omnino spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore; curat enim diligentissime Caesius, qui tum mecum fuit.

2.

3. Ex eō loco profecti sumus in Fufidiānum fundum.



Perystyl (kolumnada dokoła ogródka dziedzińcowego) wewnątrz domu Vettiów w Pompei.

Ego locum aestate umbrosiorem vidi nunquam, permultis locis aquam profluentem, et eam uberem. Quid quaeris? iugera L. prati Caesius irrigaturum facile te arbitrabatur. Equidem hoc, quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscinam et salientibus additis. 6. Habes fere de rebus rusticis.

7.

25. Te oro etiam atque etiam, mi frater, ut valeas.

Gawędy literackie

(Cicero Epp. ad Att. II, 1, 1—2, 12)


Cicero Attico sal.

1. 1. Kal. Iuniis eunti mihi Antium et gladiatores M. Metelli cupide relinquenti venit obviam tuus puer. Is mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei Graece scriptum reddidit. In quo laetatus sum me aliquanto ante de isdem rebus Graece item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse; nam si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. Quamquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi atque incompta visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso quod ornamenta neglexerant. Meus autem liber totum Isocrati myrothecium atque omnis eius discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelis pigmenta consumpsit. Quem tu Corcyrae, ut mihi aliis litteris significas, strictim attigisti, post autem, ut arbitror, a Cossinio accepisti. Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem.

2. Quamquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius se, nostrum illud hypomnema cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatus de isdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum. Quid quaeris? conturbavi Graecam nationem. Ita vulgo qui instabant, ut darem sibi, quod ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut et Athenis sit et in ceteris oppidis Graeciae: videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis adferre.

3. Oratiunculas autem et quas postulas et plures etiam mittam, quoniam quidem ea, quae nos scribimus, adulescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur.

Quarum una est in senātū Kal. Ianuariis, altēra ad popū-
lum de lege agrariā, tertiā de Othōne, quarta pro Rabiriō, quinta
de proscriptōrum filiis, sexta cum provinciam im contiōne de-



Sceny z walk gladiatorów w amfiteatrze. Z grobowca Umbriciusa Scaurusa.

posūi, septima quom Catilinam emisi, octāva quam habūi ad
popūlum postridie quam Catilīna profūgit, nona in contiōne quō
die Allobrōges indicārent, decima in senātū Nonis Decembrībus.

Sunt praeterēa duae breves. Hoc totum sōma curābo ut habēas; et quoniam te cum scripta tum res meae delectant, isdem ex libris perspicies et quae gessērim et quae dixērim; aut ne pōscisses; ego enim tibi me non offerēbam.

2.

12. Paetus, ut antēa ad te scripsi, omnis libros, quos frater suus reliquisset, mihi donāvit. Hoc illīus munus in tua diligentīā pōsitum est. Si me amas, cura, ut conserventur et ad me perferantur; hoc mihi nihil potest esse gratius, et cum Graecos, tum vero diligenter Latīnos, ut conserves, velim. Tuum esse hoc munuscūlum putābo.

Powrót Cycerona z wygnania do Rzymu


(Cicero Epp. ad Att. IV, 1, 1–8)

I. Wdzięczność dla Attyka

Cicero Attico sal.

1.

Cum primum Romam veni fuitque cui recte ad te littēras darem, nihil prius faciendum mihi putāvi, quam ut tibi absentī de reditū nostrō gratulārer. Cognōram enim, ut vere



Przybory do pisania, zestawione według ma-
lowideł ściennych pompejańskich.

scribam, te in consiliis mihi dandis nec fortiōrem nec prudentiōrem, quam me ipsum, nec etiam pro praeteritā meā in te observantiā nimium in custodiā salutis meae diligentem, eundēque te, qui primis temporibus errōris nostri aut potius furōris particeps et falsi timōris socius fuisses, acerbissime discidium nostrum tul-

lisse plurimūmque opērae, studii, diligentiae, labōris ad conficiendum reditum meum contulisse.

2.

Itaque hoc tibi vere adfirmo, in maxīmā laetitiā et exoptatissimā gratulatiōne unum ad cumulandum gaudium conspec-

tum, aut potius complexum, mihi tuum defuisse. Quem semel nactus si umquam dimisero, ac nisi etiam praetermissos fructus tuae suavitatis praeteriti temporis omnis exegero, profecto hac restitutione fortunae me ipse non satis dignum iudicabo.

II. Chwilowe trudności pieniężne

3. Nos adhuc, in nostro statu quod difficillime reciperi posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem et in senatu auctoritatem et apud viros bonos gratiam magis, quam optaramus, consecuti sumus; in re autem familiarum, quae, quem ad modum fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras, valde laboramus tuarumque non tam facultatum, quas ego nostras esse iudico, quam consiliorum ad conligendas et constituendas reliquias nostras indigemus.

III. Opis przyjęcia wygnańca w Italji i w Rzymie

4. Nunc etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata, tamen ea scribam brevi, quae te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. Pr. Nonas Sextilis



Widok ogólny na Forum Romanum.

Dyrrachiō sum profectus ipso illo die, quō lex est lata de nobis Brundisium veni Nonis Sextilibus.

Ibi mihi Tulliōla mea fuit praesto natali suō ipso die, qui casū idem natalis erat et Brundisinae coloniae et tuae vicinae Salūtis; quae res animadversa a multitudine, summa Brundisiorum gratulatione celebrata est. Ante diem III. Idus Sextilis cognōvi, quom Brundisii essem, littēris Quinti mirificō studiō omnium aetatum atque ordinum, incredibili concursū Italiae, legem comitiis centuriatis esse perlātam. Inde a Brundisinis honestissime ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulatione legāti convenērint.

5.

Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviam non venērit, praeter eos inimicos, quibus id ipsum, se inimicos esse, non liceret aut dissimulare aut negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant. A qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis et frequentia et plausus me usque ad Capitolium celebravit in foroque et in ipso Capitolio miranda multitudo fuit.

IV. Umizgi do Pompejusza


Postridie in senatu, qui fuit dies Nonarum Septembr., senatui gratias egimus.

6.

Eo die cum esset annonae summa caritas et homines ad theatrum primo, deinde ad senatum concurrissent, impulsu Clodii mea opera frumenti inopiam esse clamarent, cum per eos dies senatus de annonae haberetur et ad eius procuracionem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum, Pompeius vocaretur idque ipse cuperet multitudinē a me nominatim, ut id decernerem, postularet, feci et accurate sententiam dixi. Cum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, praeter Messallam et Afranium, factum est senatus consultum in meam sententiam, ut cum Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet lexque ferretur. Quo senatus consulto recitatio cum populus more hoc insulso et novo plausum meo nomine recitandō dedisset, habui contionem. Omnes magistratus praesentes praeter unum praetorem et duos tribunos pl. dederunt.

7.

Postridie senatus frequens et omnes consulares nihil Pompeio postulanti negarunt. Ille legatos quindēcim cum postularet,



me principem nominavit et ad omnia me alterum se fore dixit. Legem consules conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur, alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in provinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant. Illa lex consularis nunc modesta videtur, haec Messii non ferenda. Pompeius illam velle se dicit, familiares hanc. Consulares duce Favonio fremunt.

V. Odbudowa domu Cyserona

Nos facemus, et eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc pontifices responderunt. Qui si sustulerint religionem, arcam praeclaram habebimus, superficiem consules ex senatus consulto aestimabunt; sin aliter, demolientur, suo nomine locabunt, rem totam aestimabunt.

8. Ita sunt res nostrae,

Ut in secundis fluxae, ut in adversis bonae.

In re familiari valde sumus, ut scis, perturbati. Praetera sunt quaedam domestica, quae litteris non committo.

Quintum fratrem insigni pietate, virtute, fide praeditum sic amo, ut debeo. Te exspecto et oro, ut matures venire eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non sinas. Alterius vitae quoddam initium ordimur. Iam quidam, qui nos absentis defenderunt, incipiunt praesentibus occulte irasci, aperte invidere. Vehementer te requirimus.

Trudny wybór

(Cicero Epp. ad Att. VIII, 3, 1—7)

I. Prośba o radę

I. Cicero Attico sal.

1. Maximis et miserrimis rebus perturbatus, cum coram tecum mihi potestas deliberandi non esset, uti tamen tuo consilio volui. Deliberatio autem omnis haec est, si Pompeius Italia excedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes. Et quo facilius consilium dare possis, quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi.

II. Co przemawia za Pompejuszem

2.

Cum merita Pompei summa erga salutem meam familiaritasque, quae mihi cum eo est, tum ipsa rei publicae causa me adducit, ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna mea cum illius fortuna coniungenda esse videatur.



Statua Pompejusza (część górna). Rzym. Palazzo Spada.

Accedit illud. Si maneo et illum comitatum optimorum et clarissimorum civium desero, cadendum est in unius potestatem. Qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum (et, ut esset, a me est, tute scis, propter suspicionem huius impendentis tempestatis, multo ante provisum), tamen utrumque considerandum est, et quanta fides ei sit habenda, et, si maxime exploratum sit eum nobis amicum fore, sitne viri fortis et boni esse in ea urbe, in qua cum summis honoribus imperiisque usus sit, res

maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo praeditus, non futurus sit qui fuerit, subeundumque periculum sit cum aliquo forte dedecore, si quando Pompeius rem publicam reciperarit.

In hac parte haec sunt.

III. Błędy Pompejusza

3.

Vide nunc, quae sint in altera. Nihil actum est a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter, addo etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam.

Omitto illa vetera, quod istum in rem publicam ille aluit, auxit, armavit, ille legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor, ille Galliae ulteriores adiunctor, ille gener, ille in adoptando P. Clodio augur, ille restituendi mei quam retinendi studiosior, ille provinciae propagator, ille absentis in omnibus adiutor.

Sed ut haec omittam, quid foedius, quid perturbatius hoc ab urbe discessu, sive potius turpissimam fugam? Quae condicio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria? Malaeditiones erant, fateor; sed num quid hoc peius?

4.

At reciperabit rem publicam! Quando? aut quid ad eam spem est parati? Non ager Picenus amissus? Non patefactum

iter ad urbem? Non pecunia omnis, et publica et privata, adversario tradita? Denique nulla causa, nullae vires, nulla sedes, quō concurrant, qui rem publicam defensam velint. Apulia delecta est, inanissima pars Italiae, et ab impētū huius belli remotissima; fuga et maritima opportunitas visa quaeri desperatione.

V. Obawy o triumf

5. Qui autem impētus illius erit in nos absentis fortunāsque nostras! Acrior, quam in ceterōrum, quod putabit fortasse in nobis violandis aliquid se habere populāre.

Age iam, has compēdes, fascis inquam, hos laureātos, efferre ex Italiā quam molestum est! Qui autem locus erit nobis tutus, ut iam placātis utāmur fluctibus, ante quam ad illum venerimus? Quā autem, aut quō, nihil scimus.

6. At si restitēro et fuerit nobis in hac parte locus, in hoc ipsō habent tamen idem fasces molestiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum est, sed sit: defēret triumphum. Non accipere, ne periculōsum sit; accipere, invidiōsum ad bonos!

VI. Bez wniosku

„O rem“ inquis „difficilem et inexplicabilem!“ Atqui explicanda est. Quid enim fieri potest?

Ac ne me existimāris ad manendum esse propensiorē, quod plura in eam partem verba fecerim, potest fieri, quod fit in multis quaestionibus, ut res verbosior haec fuerit, illa verior.

Quam ob rem, ut maximā de re aequō animō deliberanti, ita mihi des consilium velim. Navis et in Caietā est parata nobis et Brundisii.

7. Haec te scire volūi, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

Skrucha Cyclerona po klęsce Pompejusza

(Cicero Epp. ad Att. XI, 6, 1–7)

I. Niepocieszony mówca

Cicero Attico salutem dicit

1. Sollicitum esse te, cum de tuis communibusque fortunis, tum maxime de me ac de dolore meo, sentio. Qui quidem meus dolor non modo non minuitur, cum socium sibi adiungit dolo-

rem tuum, sed etiam augētur. Omnino pro tuā prudentiā sentis, quā consolatiōne levāri maxime possim. Probas enim meum consilium negāsque mihi quicquam tali tempore potius faciendum fuisse. Addis etiam (quod etsi mihi levius est, quam tuum iudicium, tamen non est leve) ceteris quoque, id est qui pondus habēant, factum nostrum probāri. Id si ita putārem, levius dolērem.

2.

„Crede“ inquis „mihi“. Credo equidem, sed scio, quam cupias minui dolorem meum.

II. Co mowcę wstrzymało od szeregów Pompejusza

Me discessisse ab armis numquam paenituit. Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim, sed generatim, proscriptio esset informata, ut iam omnium iudicio constitutum esset omnium vestrum bona praedam esse illius victoriae. „Vestrum“ plane dico: numquam enim de te ipso nisi crudelissime cogitatum est. Quā re voluntatis me meae numquam paenitebit, consilii paenitet.

III. Niedogodności pobytu w Brundyzjum

In oppidō aliquō malle resēdisse, quoad accerserer: minus sermōnis subissem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me non angēret. Brundisii iacere in omnis partis est molestum. Propius accedere, ut suades, quō modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? qui mihi incolūmi adimi non possunt. Quos ego nunc paulisper cum bacillis in turbam conieci, ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. Reliquo tempore me domi teneo.

IV. Zabiegi u zwycięzców

3.


Ad Oppium et Balbum scripsi, si me quōdam iis placeret modo propius accedere, ut de hac re considerarent. Credo fore auctores. Sic enim recipiunt, Caesari non modo de conservandā, sed etiam de augendā meā dignitate curae fore, meque hortantur, ut magnō animō sim, ut omnia summa sperem. Ea spondent, confirmant. Quae quidem mihi exploratiōra essent, si remansissem. Sed ingero praeterita; vide, quaeso, igitur ea, quae restant, et explora cum istis et, si putabis opus esse et si istis

placebit, quō magis factum nostrum Caesar probet, quasi de suōrum sententiā factum, adhibeantur Trebonius, Pansa, si qui alii, scribāntque ad Caesārem me, quicquid fecērim, de suā sententiā fecisse.

V. Pozgonne poległym sprzymierzeńcom

4. Tulliae meae morbus et imbecillitas me exanimat. Quam tibi intellēgo magnae curae esse, quod est mihi gratissimum.

5. De Pompēi exitū mihi dubium numquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius omnium regum et populōrum animos occuparat, ut, quōcūmque venisset, hoc putārem futurum. Non possum eius casum non dolere; homīnem enim intēgrum et castum et gravem cognōvi.



Tabliczka do pisanania, list, kałamarz na atrament czarny i czerwony oraz pióro.

6. De Fanniō consoler te? Perniciōsa loquebātur de mansiōne tuā. L. vero Lentūlus Hortensi domum sibi et Caesāris hortos et Baiās despondērat. Omnīno haec eōdem modo ex hac parte fiunt, nisi quod illud erat infinitum. Omnes enim, qui in Italiā mansērāt, hostium numēro habebantur. Sed velim haec aliquando solutiōre animō.

7. Tuas littēras, prout res postūlat, exspecto. Quas velim cures quam primum ad me perferendas. III. K. Decembr.

Wywczasy Cyclerona

(Cicero Epp. ad Att. XII, 40, 1–3)

I. Pochwała Katona Młodszeo

Cicero Atticō sal.

1. Qualis futūra sit Caesāris vituperatio contra laudatiōnem meam, perspexi ex eō librō, quem Hirtius ad me misit, in quō colligit vitia Catōnis, sed cum maxīmis laudibus meis; itaque

misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret: volo enim eum divulgari, quod quō facilius fiat, imperābis tuis.

II. Cyncero mozoli się nad „Radami“ dla Cezara

2. Συμβουλευτικόν saepe conor: nihil reperiō, et quidem mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον; sed quid simile? illi, et quae ipsis honesta essent, scribēbant, et grata Alexandrō: ecquid tu eiusmodi repēris? mihi quidem nihil in mentem venit.

III. Żal za zmarłą córką koi wytężoną pracą literacką

Quod scribis te verēri, ne et gratia et auctoritas nostra hoc meō maerōre minuatur, ego, quid homīnes aut reprehendant aut postulent, nescio: ne doleam? quī potest? ne iacēam? quis umquam minus? Dum tua me domus levābat, quis a me exclūsus? Quis venit, qui offendēret? Astūram sum a te profectus; legēre isti laeti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi; quam bene, nihil ad rem, sed genus scribendi id fuit, quod nemo abiectō anīmō facere posset. Triginta dies in hortis fui; quis aut congressum meum aut facilitatem sermōnis desiderāvit? Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ei, qui mecum sunt, difficilīus otium ferant, quam ego labōrem.

3.

Si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est; cur non sim in eis meis praediōlis, quae sunt huius tempōris: quia frequentiam illam non facile ferrem; ibi sum igitur, ubi is, qui optimas Baias habēbat, quotannis hoc tempus consumere solēbat. Cum Romam venēro, nec vultū nec oratiōne reprehendar; hilaritatem illam, quā hanc tristitiam tempōrum condiebāmus, in perpetuum amisi, constantia et firmitas nec animi nec oratiōnis requirētur.

Cezar w gościnie u Cyncerona

(Cicero Epp. ad Att. XIII, 52, 1—2)

1.

O hospitem mihi tam gravem ἀμεταμέλητον! fuit enim periu-cunde. Sed cum secundis Saturnalibus ad Philippum vespēri venisset, villa ita complēta a militibus est, ut vix triclinium, ubi cenaturus ipse Caesar esset, vacāret; quippe hominum

CIŌ CIŌ. Sane sum commōtus, quid futurum esset postridie; ac mihi Barba Cassius subvēnit, custodes dedit; castra in agrō, villa defēsa est.

Ille tertīs Saturnalībus apud Philippum ad h. VII., nec quemquam admīsit; ratiōnes, opīnor, cum Balbō. Inde ambulāvit in litōre, post h. VIII. in balnēum; tum audīvit de Mamurrā, vultum non mutāvit. Unctus est, accubūit. Ἐμετικὴν agēbat; itāque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde, opipāre sane et apparāte; nec id solum, se

bene cōcto et
Cōndītō sermōne bono et, sī quaerī, libēnter.



Popiersie Cezara.
Muzeum Narodowe
w Neapolu.

2. Praeterēa tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτόν valde copiose. Libertis minus lautis servisque nihil defūit; nam lautiores elegantē accēpi.

Quid multa? homīnes visi sumus; hospes tamen non is, cui dicēres:

amābo te, eodem ad me, cūm revértērē.

Semel satis est. Σπουδαῖον οὐδέν in sermōne, φιλόλογα multa.

Quid quaeris? delectatus est et libenter fuit. Puteōlis se aiēbat unum diem fore, altērum ad Baias.

Habes hospitium sive ἐπισταθμείαν odiōsam mihi, dixi, non molestam. Ego paulisper hic, déinde in Tusculānum. Dolabellae villam



Tusculūm. Amfiteatr lub t. zw. Szkoła Cycerona.

cum praeteriret, omnis armatorum copia dextrā sinistrā ad equum, nec usquam alibi; hoc ex Niciā.

Antonjusz oskarża Cyncerona o moralny współdział w spisku na życie Cezara

(Cicero Epp. ad Fam. XII, 3, 1—2)

Cicēro Cassiō sal.

1. Auget tuus amicus furōrem in dies: primum in statuā, quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTĪME MERITŌ, ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini, — quid dico, iudicemini? iudicemur potius; vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidem fuisset! molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est; quod quoniam praeteriit, utinam habērem, quid vobis darem consilii! Sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit; quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit?

2. Consilium omne autem hoc est illōrum, ut mortem Caesaris persequantur. Itaque ante diem VI. non. Octobr. productus in contionem a Cannutiō turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici debērent de proditoribus; de me quidem non dubitanter quin omnia de meō consilio et vos fecissetis et Cannutius faceret.

Cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, quod legatō tuō viaticum eripuērunt; quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet portari.

O rem miseram! dominum ferre non potuimus, conservo servimus. Et tamen, me quidem avente magis, quam sperante, etiam nunc residet spes in virtute tuā. Sed ubi sunt copiae? De reliquo malo te ipsum tecum loqui, quam nostra dicta cognoscere. Vale.

Cycero wzywa do stanowczej rozprawy z Antonjuszem

(Cicero Epp. ad Fam. XI, 12, 1—2)

M. Cicēro s. d. D. Brutō imp. cos. des.

1. Tres unō die a te accēpi epistulas: unam brevem, duas pleniōres. Ex tuis littēris et ex Graecēi oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammātum videtur.

Non dubito autem, pro tuā singulāri prudentiā, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara in rem publicam merita ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nuntiātum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, perterritis metū, fractō animō fugisse Antonium.

2. Qui si ita se habet, ut, quemadmōdum audiebam de Graeciō, confligi cum eō sine periculō non possit, non ille mihi fugisse a Mutinā videtur, sed locum belli gerendi mutasse.

Itaque homīnes alii facti sunt. Nonnulli etiam queruntur, quod persecūti non sitis: opprīmi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant. Omnino est hoc popūli, maximēque nostri, in eō potissimum abūti libertāte, per quem eam consecūtus sit; sed tamen providendum est, ne quae iusta querēla esse possit.

Res se sic habet: is bellum confecērit, qui Antonium oppressērit. Hoc quam vim habēat, te existimare malo, quam me apertius scribēre.

Titus Livius

Titus Livius z Padwy (Patavium), ur. 59 r. prz. Chr., um. 17 r. po Chr. Pisał w młodości dialogi filozoficzne i, w formie listu do syna, dzieło o kształceniu mowcy; utwory te nie zachowały się. Główne dzieło Liwjusza, to dzieje narodu rzymskiego p. t. *Ab urbe condita*, w 142 ks., od założenia Rzymu do śmierci Drususa w r. 9 po Chr. Zachowały się: pierwsza (ks. 1—10), trzecia, czwarta dekada i pierwsza połowa piątej dekady (ks. 21—45). O treści i układzie całego dzieła wnioskujemy z zachowanego (z czasów schyłku cesarstwa) wykazu nagłówków z ksiąg poszczególnych p. t. *Periöchae*.

Przed Liwjuszem istniała obfita literatura historyczna w Rzymie, t. zw. annalistyka, zrazu pisana w języku greckim. Annaliści korzystali z dzieł greckich o Rzymie i Italji. Te dzieła Greków miały charakter etnograficzny, t. zn. przedstawiały ze stanowiska świata greckiego legendę miejscową Italji i Rzymu, jako odgałęzienie zachodnie zbiorowej legendy greckiej o zakładaniu miast przez zbłąkanych po wojnie trojańskiej bohaterów greckich i trojańskich; starszy pokład mitologiczny tworzyły legendy greckie o wędrowności Heraklesa po Zachodzie. Etnografja grecka przerodziła się zwolna w romans mitologiczno-historyczny, który kształtował dzieje zamierzchle w sposób zajmujący dla czytelnika, a to przenosząc wiele rysów wykształconej już legendy greckiej do powstającej historii legendarnej Rzymu. Prócz annalistów było także kilku historyków pragmatycznych rzymskich (począwszy od *Origines* Katona Starszego), lecz i ci nie badali dziejów, ale jedynie racjonalistycznie tłumaczyli legendy.

Z miłości dla świetnej historii Rzymu Liwjusz zebrał cały materiał annalistów w jedno ogromne dzieło i w sposób zajmujący i przystępny dla całego narodu, ale krytycznie, opowiedział dzieje narodu rzymskiego, nie pobłażając zbyt legendzie, ale też nie niwecząc uroku, zwłaszcza religijnego, starych baśni; starał się zachować równowagę między istniejącą już tradycją a przypuszczeniami krytycznymi o prawdzie historycznej. Nie było jednakże jego celem badać, lecz w historii narodowej podać swemu pokoleniu strawę, podtrzymującą ducha patriotycznego i wiarę w wielkość Rzymu i w dziejowość jego przeznaczeń.

Jak treść dzieła Liwjusza, tak i język, mają na celu ułatwić najszerszym masom poznanie dziejów ojczyźtych. Dlatego, mimo starannej stylizacji artystycznej, język Liwjusza zawiera właściwości języka podówczas mówionego; Liwjusz też otwiera zastęp pisarzy łaciny srebrnej, t. j. poklasyycznej. Pięknie rozbudowane zdanie (t. zw. okres krasomówczy) Cyclerona pod piórem Liwjusza traci życie i staje się książkowe. Liwjusz równocześnie zabiega o zwięzłość i dobitność; opuszcza więc orzeczenia, naśladuje

grecką łatwość ściągania zdań pobocznych w imiesłowy, wprowadza nieznane dotychczas rzeczowniki oderwane i czasowniki złożone; odmiennie używa spójek. Umiarkowany w użyciu środków retorycznych i w archaizowaniu, Liwjusz przyobleka swą prozę w szatę literatury pomnikowej.

Liwjusz w Polsce, por. Szczepański, „Kultura klasyczna w zarysie“, str. 97—98.

Założenie Rzymu

(Livius I, 1—16)

I. Wędrówki Eneasza

1. *Iam primum omnium satis constat Troiā captā in cetēros saevitum esse Troiānos; duōbus, Aenēae Antenōrique, et vetusti iure hospitii, et quia pacis reddendaēque Helēnae semper auctōres fuērunt, omne ius belli Achivos abstinuisse.* 2. *Casibus déinde variis Antenōrem venisse in intimum maris Hadriatici sinum.*

4. *Aenēam ab simili clade domo profūgum, sed ad maiōra rerum initia ducentibus fatis, primō in Macedoniam venisse, inde in Siciliam, quaerentem sedes, delātum, ab Siciliā classe ad Laurentem agrum tenuisse.* 5. *Ibi egressi Troiāni, ut quibus ab immensō prope errore nihil, praeter arma et naves, superesset, cum praedam ex agris agērent, Latīnus rex Aboriginēsque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenārum armāti ex urbe atque agris concurrunt.*

6. *Duplex inde fama est: alli proeliō victum Latīnum pacem cum Aenēā, déinde adfinitatem iunxisse tradunt; 7. alii, cum instructae acies constitissent, priusquam signa canērent, processisse Latīnum inter primōres, ducēmque advenārum evocasse ad colloquium; percunctātum déinde, qui mortales essent, unde, aut quō casū profecti domō, quidve quaerentes, in agrum Laurentem exissent, (8) postquam audiērit multitudinem Troiānos esse, ducem Aenēam, filium Anchisae et Venēris, crematā patriā domō profūgos, sedem condendaēque urbi locum quaerere, et nobilitatem admirātum gentis virique, et animum, vel bellō vel paci parātum, dextrā datā fidem futūrae amicitiae sanxisse.*

9. *Inde foedus ictum inter duces, inter exercitūs salutatiōnem factam. Aenēam apud Latīnum fuisse in hospitio; ibi Latīnum apud penātes deos domesticum publicō adiunxisse foedus filiā Aenēae in matrimonium datā.* 10. *Ea res utique Troiānis spem adfirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris.* 11. *Oppi-*

dum condunt; Aenēas ab nomīne uxōris Lavinium appellat. Brevi stirpis quoque virilis ex novō matrimoniō fuit, cui Ascanium parentes dixēre nomen.

II. Śmierć Eneasza w wojnie z Rutulami i Etruskami

2. Bellō déinde Aborigīnes Troiānīque simul petīti. Turnus, rex Rutulōrum, cui pacta Lavinia ante adventum Aenēae fuērat, praelātum sibi advēnam aegre patiens, simul Aenēae Latinoque bellum intulērat. 2. Néútra acies laeta ex eō certamīne abiit: victi Rutūli; victōres Aborigīnes Trōiānīque ducem Latīnum amisēre.

3. Inde Turnus Rutulīque, diffīsi rebus, ad florentes opes Etruscōrum Mezentīumque, regem eōrum, confugiunt; qui rem Troiānam crescēre ratus, haud gravātīm socia arma Rutūlis iunxit.

4. Aenēas, adversus tanti belli terrōrem ut anīmos Aborigīnum sibi conciliāret, nec sub eōdem iure solum, sed etiam nomīne omnes essent, Latīnos utrāmque gentem appellavit.

5. Nec déinde Aborigīnes Troiānis studio ac fide erga regem Aenēam cessēre, fretūsque his anīmis coalescentium in dies magis duōrum populōrum Aenēas, cum moenībus bellum propulsāre posset, in aciem copias eduxit.

6. Secundum inde proelium Latīnis, Aenēae etiam ultīmum opērum mortalium fuit. Situs est, quemcūmque eum dici ius fasque est, super Numīcum flumen; Iovem indigētem appellant.

III. Askanjusz zakłada Albę Longę

3. Nondum matūrus imperiō Ascanius, Aenēae filius, erat; tamen id imperium ei ad pubērem aetātem incolūme mansit; tantisper tutelā muliēbri — tanta indōles in Lavinīā erat — res Latīna et regnum avitum paternūmque puērō stetit.

3. Is Ascanius abundante Lavinii multitudīne urbem matri reliquit, novam ipse aliam sub Albānō monte condidit, quae ab sitū porrectae in dorsō urbis Longa Alba appellāta.

IV. Królowie albańscy

6. Silvius déinde regnat, Ascanii filius, casū quōdam in silvis natus. Is Aenēam Silvium creat; is déinde Latīnum Silvium.

8. Latīnō Alba ortus, Albā Atys, Atýe Capys, Capýe Capētus, Capētō Tiberīnus, qui in traiectū Albūlae amnis submersus, celēbre ad postēros nomen flumīni dedit. 9. Agrippa inde, Tiberīni filius, post

Agrippam Romulus Silvius a patre accepto imperio regnant. Aventino, fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. Is sepultus in eo colle, qui nunc pars Romanae est urbis, cognomen colli fecit.

10. Proca deinde regnat. Is Numitorem atque Amulium procreat; Numitori, qui stirps maximus erat, regnum vetustum Silviae gentis legat. Plus tamen vis potuit, quam voluntas patris aut verecundia aetatis; pulso fratre Amulius regnat. 11. Addit scelere scelus; stirpem fratris virilem interimit; fratris filiae, Rheae Silviae, per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit.

V. Narodziny Romulusa i Remusa

4. Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis. 2. Vestalis cum geminum partum edidisset, Martem stirpis patrem nuncupat. 3. Sed nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant; sacerdos vincita in custodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti iubet.

4. Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat



Rzeka Tyber, wyobrażona jako bóstwo. Paryż. Luwr.



Lwica rzymska z Romulusem i Remusem. Muzeum Kapitolińskie w Rzymie.

sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse; eam summissas infantibus adeo mitem praeuisse mammas, ut lingua lamben-

annis et posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. 5. Ita, velut defuncti regis imperio, in proxima elluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est — Romularem vocatam ferunt — pueros exponunt. Vastae tum in his locis solitudines erant. 6. Tenet fama, cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sicientem ex montibus, qui circa

tem puēros magister regii pecōris invenērit — (7) Faustulō fuisse nomen ferunt —; ab eō ad stabūla Larentiae uxori educandos datos.

VI. Amuljusz skazuje na śmierć Remusa

8. Ita genīti itaque educāti, cum primum adolēvit aetas, nec in stabūlis nec ad pecōra segnes, venandō peragrāre saltūs.



9. Hinc robōre corporibus animisque sump-
tō iam non feras tantum subsistere, sed in latrōnes praedā onustos impētus facere pastoribusque rapta dividere et cum his crescente in dies grege iuvenum seria ac iocos celebrare.

5.

3. His insidiatos ob iram praedae amissae latrōnes, cum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse, captum regi Amulio tradidisse ultrō accusantes. 4. Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis impētus fieri; inde eos collectā iuvenum manū hosti-

Dzieciństwo Romulusa i Remusa. U góry pasterze, z boku Tyber wsparty na urnie. Ołtarz z Ostji w Muzeum delle Terme w Rzymie.

lem in modum praedas agere. Sic Numitori ad supplicium Remus deditur.

VII. Śmierć Amuljusza

5. Iam inde ab initiō Faustulō spes fuērat regiam stirpem apud se educāri; nam et expositos iussū regis infantes sciebat et tempus, quō ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere; sed rem inmatūram, nisi aut per occasiōnem aut per necessitatem, aperire noluērat. 6. Necessitas prior vēnit; ita metū subactus Romulō rem aperit. Forte et Numitori, cum in custodiā Remum

habēret audissētque gemīnos esse fratres, comparandō et aetatem eōrum et ipsam minime servilem indōlem tetigērat animum memoria nepōtum; sciscitandōque eōdem pervēnit, ut haud procul esset quin Remum agnoscēret.

7. Ita undīque regi dolus nectitur. Romulus, non cum globō iuvenum — nec enim erat ad vim apertam par —, sed aliis alio itinēre iussis certō tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impētum facit, et a domō Nūmītoris aliā comparatā manū adiuvat Remus. Ita regem obtruncant.

VIII. Nowe królestwo

6. 3. Ita Nūmītori Albānā re permissā Romūlum Remūmque cupidō cepit in iis locis, ubi expositi ubique educāti erant, urbis condendae. Et supererat multitūdo Albanōrum Latinōrumque; ad id pastōres quoque accessērant, qui omnes facile spem facerent parvam Albam, parvum Lavinium prae eā urbe, quae conderetur, fore.

4. Intervēnit déinde his cogitationibus avitum malum, regni cupidō, atque inde foedum certamen, coortum a satis miti principiō. Quoniam gemīni essent, nec aetātis verecundia discrimen facere posset, ut dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legērent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperiō regeret, Palatium Romūlus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

IX. Bratobójstwo

7. Priōri Remō augurium venisse fertur, sex vultūres, iamque nuntiātō auguriō cum duplex numērus Romūlō se ostendisset, utrūmque regem sua multitūdo consalutavērat: tempore illi praecēptō, at hi numēro avium regnum trahēbant. 2. Inde cum altercātiōne congressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turbā ictus Remus cecidit. Vulgatior fama est ludibriō fratris Remum novos transsiluisse muros; inde ab irātō Romūlō, cum verbis quoque increpītans adiecisset „sic déinde, quicumque alius transsiliet moenia mea“, interfectum. 3. Ita solus potitus imperiō Romūlus; condita urbs conditoris nomine appellata.

X. Ustanowienie azylu. Senat

8. 4. Crescēbat intērim urbs munitionibus alia atque alia adpetendō loca, cum in spem magis futūrae multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. 5. Déinde, ne vana ur-

bis magnitudo esset, adiciendae multitudinis causā vetēre consiliō condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terrā sibi prolem ementiebantur, locum, qui nunc saeptus descendentibus inter duos lucos est, asyllum apērit. 6. Eō ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum perfūgit, idque primum ad coeptam magnitudinem robōris fuit.

Iam cum virium haud paenitēret, consilium déinde viribus parat. 7. Centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creāri patres possent. Patres certe ab honore, patriciūque progenies eōrum appellāti.

XI. Sąsiedzi odmawiają Rzymianom córek za żony

9. Iam res Romāna adēo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuriā mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat, quippe quibus nec domi spes prolis nec cum finitimis conubia essent. 2. Tum ex consiliō patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem conubiūmque novō populō petērent: (3) urbes quoque, ut cetēra, ex infimō nasci; dein, quas sua virtus ac dii iuvent, magnas opes sibi magnūmque nomen facere; 4. satis scire originē Romānae et deos adfuisse et non defuturam virtutem; prōinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere.

5. Nusquam benigne legatio audita est; adēo simul spernēbant, simul tantam in mediō crescentem molem sibi ac posteris suis metuēbant. A plerisque rogantibus dimissi, ecquod feminis quoque asyllum aperuissent; id enim demum conpar conubium fore.

XII. Porwanie Sabineek

6. Aegre id Romāna pubes passa, et haud dubie ad vim spectare res coepit. Cui tempus locūmque aptum ut daret Romulus, aegritudinem animi dissimulans ludos ex industria parat Neptūnō equestri sollemnia; Consualia vocat. 7. Indici déinde finitimis spectaculum iubet, quantōque apparātū tum sciēbant aut potērant, concelēbrant, ut rem claram exspectatāmque facerent.

8. Multi mortales convenere, studiō etiam videndae novae urbis, maxime proximi quique; 9. iam Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus venit. Invitati hospitaliter per domos cum situm moeniāque et frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romānam crevisse.

10. Ubi spectacūli tempus vēnit deditaēque eō mentes cum oculīs erant, tum ex compositō orta vis, signōque datō iuventus Romāna ad rapiendas virgīnes discurrit. 11. Magna pars forte, in quem quaeque incidērat, raptae; quasdam formā excellentes primorībus patrum destinātas ex plebe homīnes, quibus datum negotium erat, domos deferēbant. 12. Unam longe ante alias specie ac pulchritudīne insignem a globō Talasii cuiusdam raptam ferunt, multisque sciscitantībus, cuīnam eam ferrent, identīdem Talassiō ferri clamitātum; inde nuptialem hanc vocem factam.

XIII. Zdrada Tarpei

11. 5. Novissimum ab Sabinis bellum ortum, multōque id maximum fuit; nihil enim per iram aut cupiditatem actum est, nec ostendērunt bellum prius, quam intulērunt.

6. Consiliō etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romānae praeerat arci. Huius filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat; aquam forte ea tum sacris extra moenia petītum ierat. 7. Accepti obrūtam armis necavēre, seu ut vi capta potius arx videretur, seu prodendi exempli causā, ne quid usquam fidum proditori esset.

8. Additur fabūla, quod vulgō Sabīni aurēas armillas magni pondēris bracchiō laevō gemmatōsque ma-

gnā specie anulōs habuērunt, pepigisse eam, quod in sinistris manibus habērent; eō scuta illi pro aurēis donis congesta. 9. Sunt, qui eam ex pacto tradendi, quod in sinistris manibus esset, directō arma petisse dicant et fraude visam agere suā ipsam peremptam mercēde.



Skala Tarpejska.

XIV. Romulus ślubuje świątynię Jowiszowi
Satorowi

12.

Tenuere tamen arcem Sabini atque inde postero die, cum Romanus exercitus instructus, quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi est, complisset, non prius descenderunt in aequum, quam iram et cupiditate recuperandae arcis stimulante animos in adversum Romani subire. 3. Confestim Romana inclinatur acies fusaque est ad veterem portam Palatii.

4. Romulus et ipse turbam fugientium actus, arma ad caelum tollens, „Iuppiter, tuis“ inquit „iussus avibus hic in Palatio prima urbi funfamenta ieci. Arcem iam scelere emptam Sabini habent; inde huc armati superatam mediam valle tendunt; 5. at tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis fugamque foedam siste. 6. Hic ego tibi templum, Satori Iovi, quod monumentum sit posteris, tua praesenti ope servatam urbem esse, voveo. 7. Haec precatus, velut si sensisset auditas preces, „hinc“ inquit, „Romani, Iuppiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet“.

XV. Sabinki rozdzielają walczących

10. Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant proelium. 13. Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus passis scissaque veste victo malis muliebri timore ausae se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, (2) dirimere iras hinc patres, hinc viros orantes, ne se sanguine nefando soceri generique respergerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. 3. „Si adfinitatis inter vos, si conubii piget, in nos vertite iras; nos causa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus; melius peribimus, quam sine alteris vestrum, viduae, aut orbae, vivemus.“

4. Movet res cum multitudinem, tum duces; silentium et repentina fit quies. Inde ad foedus faciendum duces produnt. Nec pacem modo, sed civitatem unam ex duabus faciunt, (5) regnum consociant; imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati.

XIV. Ustanowie kuryj i centuryj

6. Ex bello tam tristi laeta repente pax cariōres Sabinas viris ac parentibus et ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaque cum

PLAN RZYMU

podług RICHTERA

1:16.000

0 100 200 300 400 500 600 700 800


Metry

Linie kreskowane i cyfry rzymskie oznaczają dzielnice

Objaśnienie liczb arabskich

1. Arcus Hadriani
2. Arcus Claudii
3. Arcus novus
4. Arcus manus earneae
5. Tabularum
6. Aedes Concordiae
7. Aedes Vespasiani
8. Aedes Saturni
9. Rostra
10. Arcus Septimi Severi
11. Curia
12. Basilica Julia
13. Basilica Aemilia
14. Aedes Castoris
15. Laeus Iuturnae
16. Arcus Augusti
17. Aedes Divi Julii
18. Templum Sacrae Urbis
19. Regia
20. Aedes D. Antonini D. Faustinae
21. Atrium Vestae
22. Aedes Vestae
23. Aedes Jovis Statoris
24. Arcus Titi
25. Aedes Larum
26. Arcus Constantini
27. Meta sudans
28. Colossus Neronis
29. Aedes Victoriae
30. Domus Liviae
31. Aedes Magnae Matris
32. Columna Traiani
33. Aedes Veneris Genetricis
34. Aedes Martis Ultoris

35. Aedes Minervae
36. Porticus absidata
37. Arcus Augusti
38. Aedes Fortunae et Matris Matutae
39. Aedes Portunus
40. Aedes Herculis Invicti
41. Ara Maxima
42. Aedes Herculis Pompeiana
43. Janus Quadrifrons
44. Arcus Argentariorum
45. Aequimelium



populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis imposuit. 7. Id non traditur, cum haud dubie aliquantō numerus maior hoc mulierum fuerit, aetate, an dignitatibus suis virorumve, an sorte lectae sint, quae nomina curiis darent.

8. Eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt: Ramnenses ab Romulo, ab T. Tatio Titienses appellati; Lucerum nominis et originis causa incerta est. Inde non modo commune, sed concurs etiam regnum duobus regibus fuit.

XV. Zniknięcie Romulusa

16. His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbō, ut conspectum eius contioni abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. 2. Romana pubes sedato tandem pavore, postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidit, etsi satis credebat patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procellā, tamen velut orbitatis metu icta maestum aliquamdiu silentium obtinuit. 3. Deinde a paucis initio facto deum deo natum, regem parentemque urbis Romanae salvare universi Romulum iubent: pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitet progeniem.

4. Fuisse credo tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent; manavit enim haec quoque, sed perobscura, fama; illam alteram admiratio viri et pavor praesens nobilitavit. 5. Et consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides.

Namque Proculus Iulius, sollicita civitate desiderio regis et infensa patribus, gravis, ut traditur, quamvis magnae rei auctor, in contionem prodit. 6. „Romulus“ inquit, „Quirites, parens urbis huius, primā hodiernā luce caelo repente delapsus, se mihi obvium dedit. Cum perfusus horrōre venerabundus adstissem, petens precibus, ut contra intuēri fas esset, (7) „abi, nuntiā“ inquit „Romanis, caelestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit; proinde rem militarem colant sciantque et ita posteris tradant nullas opes humanas armis Romanis resistere posse“. „Haec“ inquit „locutus, sublimis abiit“. 8. Mirum quantum illi virō nuntianti haec fidēi fuerit quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque factā fide immortalitatis lenitum sit.

Bitwa nad jeziorem Trazymeńskim

(Livius XXII, 4—7)

I. Zasadzka

4. 1. Hannibal, quod agri est inter Cortōnam urbem Trasumennūmque lacum, omni clade belli pervastat, quō magis iram hosti ad vindicandas iniurias acuat. 2. Et iam pervenērat ad loca nata insidiis, ubi maxime montes Cortonenses Trasumenus subit. Via tantum intērest perangusta, velutj ad id ipsum de industriā relictō spatiō; dēinde paulō latior patescit campus; inde colles adsurgunt. 3. Ibi castra in apertō locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque considēret: Baliāres ceterāmque levem armatūrā post montis circumdūcit; equites ad ipsas fauces saltūs tumūlis apte tegentibus locat, ut, ubi intrassent Romāni, obiectō equitātū clausa omnia lacū ac montibus essent.

4. Flaminius cum pridie solis occāsū ad lacum pervenisset, inexplorātō postērō die vixdum satis certā luce angustis superātis, postquam in patentiōrem campum pandi agmen coepit, id tantum hostium, quod ex adversō erat, conspexit: ab tergō ac super caput haud detectae insidiae.

II. Bitwa

5. Poenus ubi, id quod petiērat, clausum lacū ac montibus et circumfūsum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. 6. Qui ubi, quā cuique proximū fuit, decurrerunt, eō magis Romānis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex lacū nebula campō quam montibus densior sedērat, agmināque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis conspecta eōque magis pariter decurrerant. 7. Romānus clamore prius undique ortō, quam satis cerneret, se circumventum esse sensit, et ante in frontem laterāque pugnāri coeptum est, quam satis instrueretur acies aut expediri arma stringique gladii possent.

5.

Consul percussis omnibus ipse satis, ut in re trepidā, inavidus turbatos ordines, vertente se quoque ad dissōnos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur, et, quācūque adire audirique potest, adhortatur ac stare ac pugnare iubet: (2) nec enim inde votis aut inploratiōne deum sed vi ac virtute evadendum esse; per medias acies ferrō viam fieri et, quō timōris minus sit, eō minus ferme periculi esse. 3. Ceterum prae strepitu

ac tumultū nec consilium nec imperium accipi potērat, tantū-
que abērat, ut sua signa atque ordīnes et locum noscērent, ut
vix ad arma capiēda aptandāque pugnae competēret animus,
opprimerentūrque quidam onerati magis iis quam tecti. Et erat
in tantā caligine maior usus aurium quam oculōrum. 4. Ad ge-
mitūs vulnērū ictūsque corpōrum aut armōrum et mixtos ter-
rentium paventiūmque clamōres circumferēbant ora oculōsque.
5. Alii fugientes pugnantium globō inlāti haerēbant, alios
redeuntes in pugnam avertēbat fugientium agmen.

6. Déinde, ubi in omnis partis nequiquam impētūs facti, et
ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies
claudēbant, apparuitque nullam nisi in dextērā ferrōque salutis
spem esse, (7) tum sibi quisque dux adhortatōrque factus ad
rem gerendam, et nova de intēgrō exorta pugna est, non illa or-
dināta per principes hastatōsque ac triarios, nec ut pro signis
antesignāni, post signa alia pugnāret acies, nec ut in sua legiōne
miles aut cohorte aut manipulō esset: (8) fors conglobabat et
animus suus cuique ante aut post pugnandi ordīnem dabat: tan-
tūque fuit ardor animōrum, adēo intentus pugnae animus, ut
eum motum terrae, qui multārum urbium Italiae magnas partes
prostrāvit avertitque cursū rapidos amnis, mare fluminibus in-
venit, montes lapsū ingenti prorūit, nemo pugnantium sensērit.

6.

Tris ferme horas pugnātum est, et ubique atrociter. Circa
consulem tamen acrior infestiorque pugna est. 2. Eum et ro-
bōra virōrum sequebantur et ipse, quācūmque in parte premi
ac laborāre sensērat suos, impigre ferēbat opem; 3. insignēmque
armis et hostes summā vi petēbant et tuebantur cives, donec
Insūber eques — Ducariō nomen erat — facie quoque noscītans
consulem, „En“ inquit „hic est“, popularibus suis, „qui legiōnes
nostras cecidit agrōsque et urbem est depopulātus! 4. Iam ego
hanc victimam manibus peremptōrum foede civium dabo“. Sub-
ditisque calcariibus equō per confertissimam hostium turbam
impētum facit, obruncatōque prius armigēro, qui se infestō ve-
nienti obviam obiecērat, consulem lancēā transfixit; spoliāre cu-
pientem triarii obiectis scutis arcuere.

III. Rozsypka

5. Magnae partis fuga inde primum coepit: et iam nec la-
cus nec montes pavōri obstābant: per omnia arta praeruptāque
velut caeci evādunt, armāque et viri super alios alii praecipi-

tantur. 6. Pars magna, ubi locus fugae deest, per prima vada palūdis in aquam progressi, quoad capitibus umerisque exstare possunt, sese inmergunt. Fuere quos inconsultus pavor nandō etiam capessere fugam impulērit; 7. quae ubi immensa ac sine spe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus aut nequiquam fessi vada retro aegerrime repetēbant atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur.

8. Sex milia ferme primi agminis per adversos hostis eruptione inpigre factā, ignāri omnium, quae post se agerentur, e saltū evasere, et cum in tumulō quōdam constitissent, clamōrem modo ac sonum armorum audientes, quae fortuna pugnae esset, neque scire neque perspicere prae caligine poterant. 9. Inclinata denique re cum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida iam luce montes campique perditas res stratamque ostendere foede Romanam aciem. 10. Itaque, ne in conspectos procul inmitteretur eques, sublatis raptim signis quam citatissimo poterant agmine sese abriperunt. 11. Postero die, cum super cetera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt; quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecti.

IV. Na pobjowisku

7. Haec est nobilis ad Trasumenum pugna atque inter paucas memorata populi Romani clades. 2. Quindecim milia Romanorum in acie caesa; decem milia sparsa fugam per omnem Etruriam diversis itineribus urbem petiere; 3. duo milia quingenti hostium in acie, multi postea ex vulneribus periire. 5. Hannibal captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri iussisset, Flamini quoque corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non invenit.

V. Żaloba w stolicy

6. Romae ad primum nuntium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. 7. Matrōnae vagae per vias, quae repens clades adlata quaeve fortuna exercitus esset, obvios percunctantur. Et cum frequentis contionis modo turba in comitium et curiam versa magistratus

vocāret, tandem haud multō ante solis occāsum M. Pomponius praetor (8) „Pugnā“ inquit „magnā victi sumus“. Et quamquam nihil certius ex eō auditum est, tamen alius ab aliō implēti rumoribus domos refērunt consūlem cum magnā parte copiārum caesum, (9) superesse paucos aut fugā passim per Etruriam sparsos aut captos ab hoste. 10. Quot casūs exercitūs victi fuērunt, tot in curas distracti animi eōrum erant, quorum propinqui sub C. Flaminiō consūle meruērunt, ignorantium, quae cuiusque suōrum fortuna esset; nec quisquam satis certum habet, quid aut speret aut timēat.

11. Postērō die ac déinceps aliquot diēbus ad portas maior prope muliērum quam virōrum multitūdo stetit, aut suōrum aliquem aut nuntios de iis opperiens, circumfundebanturque obviis sciscitantes neque avelli, utique ab notis, priūsquam ordīne omnia inquisissent, potērant. 12. Inde varios vultūs digredientium ab nuntiis cernēres, ut cuique laeta aut tristia nuntiabantur, gratulantisque aut consolantis redeuntibus domos circumfūsos.

Feminārum praecipūe et gaudia insignia erant et luctūs. 13. Unam in ipsā portā sospīti filio repente oblātam in complexū eius exspirasse ferunt; altēram, cui mors filii falsō nuntiāta erat, maestam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis gaudiō nimiō exanimātam. 14. Senatūm praetōres per dies aliquot ab ortō usque ad occidentem solem in curiā retinent consultantes, quōnam duce aut quibus copiis resisti victoribus Poenis posset.

Bitwa pod Kannami

(Livius XXII, 44–52)

I. Rozłożenie obozów rzymskich

44. 1. Consūles satis explorātis itineribus sequentes Poenum, ut ventum ad Cannas est, et in conspectū Poenum habēbant, bina castra communiunt. 2. Aufīdus amnis utrisque castris adflūens adiūtum aquatoribus ex suā cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat; 3. ex minoribus tamen castris, quae posita trans Aufīdum erant, liberius aquabantur Romāni, quia ripa ulterior nullum habēbat hostium praesidium.

II. Podjazdy Hannibala i niezgoda konsulów

4. Hannibal spem nactus locis natis ad equestrem pugnam, quā parte virium invictus erat, factūros copiam pugnandi consūles, derīggit aciem lacessitque Numidārum procuratiōne ho-

stis. 5. Inde rursus sollicitāri seditiōne militāri ac discordiā consūlum Romāna castra, cum Paulus Sempronique et Flamini temeritatem Varrōni, Varro Paulō speciōsum timīdis ac segnibus ducibus exemplum Fabium obicēret, (6) testaretūrque deos hominēsque hic, nullam penes se culpam esse, quod Hannibal iam velut usū cepisset Italiam: se constrictum a collegā tenēri; ferrum atque arma irātis et pugnare cupientibus adīmi militibus; 7. ille, si quid proiectis ac prodītis ad inconsultam atque inprovīdam pugnam legionibus accidēret, se omnis culpae exsortem, omnis eventūs participem fore dicēret: vidēret, ut, quibus lingua prompta ac temeraria, aequē in pugnā vigērent manūs.

45.

Dum altercatiōne magis quam consiliis tempus teritur, Hannibal ex acie, quam ad multum diēi tenuerat instructam, cum in castra cetēras recipēret copias, (2) Numīdas ad invadendos ex minoribus castris Romanōrum aquatōres trans flumen mittit. 3. Quam inconditam turbam cum vixdum in ripam egressi clamore ac tumultū fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam atque in ipsas prope portas evecti sunt. 4. Id vero adēo indignum visum, ab tumultuariō auxiliō iam etiam castra Romāna terrēri, ut ea modo una causa, ne extemplō transirent flumen derigerētque aciem, tenuerit Romānos, quod summa imperii eō die penes Paulum fuit.


III. Szyk bojowy Rzymian

5. Itaque postēro die Varro, cui sors eius diēi imperii erat, nihil consultō collegā signum proposuit instructasque copias flumen traduxit, sequente Paulō, quia magis non probāre, quam non adiuvāre consilium potērat. 6. Transgressi flumen eas quoque, quas in castris minoribus habuerant, copias suis adiungunt atque ita instrūunt aciem: in dextrō cornū — id erat flumini propius — Romānos equites locant, déinde pedītes; 7. laevum cornu extrēmi equites sociōrum, intra pedītes, ad medium iuncti legionibus Romānis, tenuerunt; iaculatōres cum cetēris levium armōrum auxiliis prima acies facta. 8. Consūles cornūa tenuēre, Terentius laevum, Aemilius dextrum; Gemīnō Serviliō media pugna tuenda data.

IV. Szyk bojowy Hannibala

46.

Hannibal luce primā Baliaribus levique aliā armaturā praemissā transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie



locābat, (2) Gallos Hispanósque equītes prope ripam laevō in cornū adversus Romānum equitatum; 3. dextrum cornu Numīdis equitibus datum, mediā acie peditibus firmatā, ita ut Afro-rum utrāque cornūa essent, interponerentur his medii Galli atque Hispāni. 4. Afros Romānam credēs aciem: ita armāti erant armis et ad Trebiam, cetērum magnā ex parte ad Trasumen-num captis. 5. Gallis Hispanisque scuta eiūdem formae fere erant, dispāres ac dissimīles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispānō, punctim magis quam caesim adsuētō petēre hostem, brevitatē habiles et cum mucronibus. Ante alios habitūs gentium harum, cum magnitudīne corpōrum, tum specie, terribilis erat: Galli super umbilicum erant nudi; 6. Hispāni lintēis, praetextis purpurā, tunīcis candore miro fulgentibus constitērant. Numērus omnium peditum, qui tum stetere in acie, milium fuit quadraginta, decem equitum. 7. Duces cornibus praeerant sinistro Hasdrūbal, dextrō Maharbal; mediam aciem Hannībal ipse cum fratre Magōne tenūit. 8. Sol, seu de industriā ita locātis, seu, quod forte ita stetere, peropportūne utrīque parti obliquus erat, Romānis in meridiem, Poenis in septemtriōnem versis; ventus — Volturnum regiōnis incōlae vocant — adversus Romānis coortus multō pulvère in ipsa ora volvendō prospectum adēmit.

V. Zmienny przebieg walk na prawem skrzydle rzymskiem

47. Clamōre sublātō procursum auxiliis, et pugna levibus primum armis commissa; déinde equitum Gallōrum Hispanorūque laevum cornu cum dextrō Romānō concurrat, minīme equestris more pugnae; 2. frontibus enim adversis concurrendum erat, quia nullō circa ad evagandum relictō spatiō hinc amnis, hinc peditum acies claudēbant. 3. In directum utrimque nitentes stantibus ac confertis postrēmō turbā equis vir virum amplexus detrahebat equō. Pedestre magnā iam ex parte certāmen factum erat; acrius tamen quam diutius pugnātum est, pulsīque Romāni equītes terga vertunt. 4. Sub equestris finem certāminis coorta est peditum pugna, primō et viribus et anīmis par, dum constābant ordīnes Gallis Hispanisque; 5. tandem Romāni, diu ac saepe conīsi, obliquā fronte aciēque densā inpulere hostium cunēum nimis tenūem eōque parum validum, a cetērā prominentem acie. 6. Inpulsis déinde ac trepīde referentibus pedem institere, ac tenōre unō per praeceptis pavōre fugientium agmen

in mediam primum aciem inlāti, postremō, nullō resistente ad subsidia Afrōrum pervenērunt, (7) qui utrimque reductis alis constitērant, mediā, quā Galli Hispanīque stetērant, aliquantum prominente acie. 8. Qui cunēus ut pulsus aequāvit frontem primum, déin cedendō etiam sinum in mediō dedit, Afri circa iam cornūa fecērant, irruentibúsque incaute in medium Romānis circumdedēre alas, mox cornūa extendendō clausēre et ab tergō hostis. 9. Hinc Romāni defuncti nequīquam proeliō uno, omisis Gallis Hispanisque, quorum terga cecidērant, adversus Afros intēgram pugnam inēunt, non tantum eō inīquam, quod inclusi adversus circumfūsos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegētis pugnābant.

VI. Numidzi na tyłach lewego skrzydła Rzymian

48. Iam et sinistrō cornū Romānō, ubi sociōrum equītes adversus Numīdas stetērant, consertum proelium erat, segne primō et a Punicā coeptum fraude. 2. Quingenti ferme Numīdae, praeter solīta arma teláque gladios occultos sub lorīcis habentes, specie transfugārum cum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent, (3) repente ex equis desiliunt, parmisque et iacūlis ante pedes hostium proiectis in mediam aciem accepti ductīque ad últimos considēre ab tergō iubentur. Ac dum proelium ab omni parte conseritur, quiēti mansērunt; 4. postquam omnium animos oculósque occupavērat certāmen, tum arreptis scutis, quae passim inter acervos caesōrum corpōrum strata erant, aversam adoriuntur Romānam aciem, tergáque ferientes ac poplītes caedentes, stragem ingentem ac maiōrem aliquantō pavōrem ac tumultum fecērunt. 5. Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in malā iam spe proelium esset, Hasdrūbal, qui eā parte praeerat, subductos ex mediā parte Numīdas, quia segnis eōrum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientis mittit, Hispanos et Gallos equītes Afris prope iam fessis caede magis quam pugnā adiungit.

VII. Nowy błąd konsula Paulusa

49. Parte altērā pugnae Paulus, quamquam primō statim proeliō fundā gravīter ictus fuērat, (2) tamen et occurrit saepe cum confertis Hannibāli et aliquot locis proelium restituit, protegentibus eum equitibus Romānis, omissis postrēmo equis, quia consūlem ad regendum equum vires deficiēbant. 3. Tum nuntianti

cuidam, iussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Hannibalem ferunt: „Quam mallem, vinctos mihi traderet“. 4. Equitum pedestre proelium, quale iam haud dubiam hostium victoriam, fuit, cum victi mori in vestigio mallent, quam fugere, victores, morantibus victoriam irati, trucidarent quos pellere non poterant. 5. Populerunt tamen iam paucos superantis et labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant.

VIII. Ostatnie wiadomości o losach konsula Emiljusza

6. Cn. Lentulus tribunus militum cum praetervahens equo sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset, (7) „L. Aemili“, inquit „quem unum insontem culpa cladis hodiernae dei respicere debent, cape hunc equum, dum et tibi virium aliquid superest et comes ego te tollere possum ac protegere. 8. Ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris; etiam sine hoc lacrimarum satis luctusque est.“ 9. Ad ea consul: „Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto; sed cave frustra miserando exiguum tempus e manibus hostium evadendi absumas. 10. Abi, nuntia publice patribus, urbem Romanam muniant ac, priusquam victor hostis advenerit, praesidiis firment; privatim Q. Fabio, L. Aemilium praeceptorum eius memorem et vixisse adhuc et mori. 11. Me in hac strage militum meorum patere expirare, ne aut reus iterum e consulatu sim, aut accusator collegae existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam.“ 12. Hoc eos agentis prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere; consulem ignorantes, quis esset, obruere telis, Lentulum inter tumultum abripit equus. Tum undique effuse fugiunt.

IX. Niedobitki

 Si licet et falsi positis ambagibus oris
 20 Vera loqui sinitis: non huc, ut opaca viderem
 Tartara, descendi, nec uti villosa colubris
 Ternam Medusaei vincirem guttura monstri.

Causā vīae est cōniunx, in quam calcatā venēnum
 Vipērā diffūdīt crescentēsque abstulīt annōs.
 25 Possē pātī vōlūī, nec mē temptassē nēgābo:
 Vicīt Amor. Sūpērā dēūs hic bēnē nōtūs in ōrā est:



Orfeusz żegna Eurydykę, uprowadzaną do podziemia.
 Rzym. Villa Albani.



Tantal, Iksjon, Syzyf. Sarkofag w Muzeum Watykańskiem.

An sīt ēt hic, dūbīto; sēd ēt hic tāmēn augūrōr esse;
 Fāmāquē sī vētēris non est mentitā rāpinae,
 Vos quōquē iunxit Amor. Pēr ēgo haec lōcā plēnā tīmōris,
 30 Per chāōs hōc ingens vastiquē silentiā regni,

Eurýdicēs, ōrō, prōpērātā rētexitē fata!
 Omnīā dēbēmur vōbis, paulumquē mōrātī
 Sērīūs aut cītius sēdem prōpērāmūs ād ūnam.
 Tendīmūs hūc omnēs, haec est dōmūs ultimā, vosque
 35 Hūmānī gēnēris longissimā regnā tēnētis.
 Haec quōquē, cum iustōs mātūrā pērēgērīt annōs,
 Iūrīs ērit vestrī. Prō mūnērē poscīmūs ūsum.
 Quodsī fātā nēgant vēniam prō cōniūgē, certum est
 Nollē rēdirē mīhī: lētō gaudētē dūōrum!“

III. Wzruszone podziemia

40 Taliā dīcentem nervōsque ad verbā mōventem
 Exsanguēs flebant ānīmae; nec Tantālūs undam
 Captāvit rēfūgam, stūpūitque Ixīōnis orbis,
 Nec carpsērē iēcūr vōlūcrēs, urnisque vācarunt



Tityos ginie z rąk Apollina za zniewagę, wyrządzoną matce jego Latonie.
 Tityosa zasłania matka Ge (Ziemia). W podziemiu dwa sępy szarpią mu
 za karę wątrobę. Czara w Monachjum.

Bēlīdēs, inquē tūō sēdistī, Sīsýphē, saxō.
 45 Tunc prīmum lācrīmis victarum carminē fama est
 Eumēnidum mādūissē gēnas. Nec rēgiā cōniunx
 Sustīnēt ōrantī nec, quī rēgit imā, nēgare,
 Eurýdicenquē vōcant. Umbrās ērāt illā rēcentēs
 Intēr, ēt incessit passū dē vulnērē tardō.
 50 Hanc simūl et lēgem Rhōdōpēiūs accipīt Orphēūs,
 Nē flectat retrō suā lūminā, dōnēc Āvernās
 Exiērit vallēs: aut irrītā dōnā fūtūrā.

IV. Powrót i zguba Eurydyki

- Carpit̄ur acclivis per mūtā silentiā trāmes,
 Ardūus, obscūrus, cālīgīnē densūs ōpācā.
 55 Nec prōcūl āfūērunt tellūris marginē summae:
 Hic, nē defīcēret, mētūens āvidusquē vidēdī,
 Flexit āmans ōcūlōs — et prōtinūs illā rēlapsa est;



Danaidy. Płaskorzeźba na ołtarzu. Muzeum Watykańskie.

- Bracchiāque intendens prendique et prendērē certans,
 Nil nisi cēdentēs infelix arripit̄ aurās.
 60 Iamque it̄erum mōriēns non est dē cōniūgē quicquam
 Questā sūo; — quid enim nisi sē quērērētūr āmātam? —
 Sūprēmumquē 'vālē', quod iam vix aurībūs ille
 Accipēret, dixit, rēvolūtāquē rursūs ēodem est.



Eumenis. Waza z grobu w Canosa.

- Nōn ālīter stūpūit̄ gēmīnā necē cōniūgīs Orphēus,
 65 Quam triā quī tīmīdus — mēdiō portantē cātēnas —
 Collā cānis vīdit: quem non pāvōr antē rēliquit,

67 Quam nātūrā prior, saxō per corpūs ōbortō;
 72 Ōrantem frustrāque itērum transirē vōlentem
 Portitōr arcūerat; septem tāmēn illē dīebus
 Squālidūs in rīpā Cērēris sinē mūnērē sedit:
 75 Cūrā dōlorque ānimī lācrīmaeque ālimentā fūere.
 Essē dēos Ērēbī crudēlēs questūs in altam
 Sē rēcipit Rhōdōpen pulsumque āquilonībūs Haemum.

Śmierć Orfeusza

(Ovidius Met. XI, 1—84)

I. Menady daremnie obrzucają śpiewaka pociskami

Carmīnē dum tāli silvās ānimōsquē fērārūm
 Thrēiciūs vātēs et saxā sēquentiā dūcit,
 Ecce nūrūs Cīcōnum, tectae lymphātā fērīnis
 Pectōrā vellēribus, tūmūlī dē verticē cernunt



Orfeusz czarujący zwierzęta. Mozaika z Thina.

- 5 Orphēā percussis sociāntem carminā nervīs.
 E quibus unā levēs iactātō crīnē pēr aurās
 „En“, ait „en hīc est nostrī contemptōr!“ et hastam
 Vatis Apollīnēi vōcālīā mīsīt in orā;
 Quae foliīs praesūtā nōtam sinē vulnērē fecit.
 10 Altērius tēlum lāpis est, quī missus, in ipso
 Aērē concentū victus vōcisquē lyraeque est,
 Ac velūtī supplex prō tam furiālibūs ausīs
 Antē pedēs iacūit. Sēd enim tēmērariā crescunt
 Bellā, mōdusque abīit, insānāquē regnāt Ērīnys.
 15 Cunctāquē telā fōrent cantū mollitā, sēd ingens
 Clāmōr et inflexō Bērēcyntiā tibiā cornū
 Tympanāque et plausūs et Bacchēi ulūlatūs
 Obstrēpūērē sōnō cithārae.

II. Nowe natarcie na ogłuszonego

Tum deniquē saxa

- Nōn exaudītī rūbūerunt sanguīnē vātis.
 20 Ac primum attōnītās etiāmnūm vōcē cānentis
 Innūmērās vōlucrēs anguesque agmenquē fērārum
 Maenādēs, Orphēi titulum rāpūērē thēātrī.
 Indē cruentātis vertuntūr in Orphēā dextrīs,
 Et cōeunt ut āvēs, sī quandō lūcē vāgantem
 25 Noctīs āvem cernunt. Structōque ūtrimquē thēātrō
 Ceu matūtīnā cervus pērītūrūs hārēna
 Praedā cānum est, vātemquē pētunt et frondē vīrentēs
 Cōnciunt thyrsōs, nōn haec in mūnērā factōs.
 Haē glaebās, illae dīreptōs arbōrē rāmōs,
 30 Pars torquent silicēs.

III. Rozszarpanie

Neu desint telā fūrōrī,

- Fortē bōvēs pressō sūbīgēbant vōmērē terram,
 Nec prōcūl hinc multō fructum sūdōrē pārantēs
 Dūrā lācertōsī fōdiēbant arvā cōlōnī.
 Agminē quī vīsō fūgūt opērisquē rēlinquunt
 35 Armā sūī; vācūosquē iacent dispersā pēr āgrōs
 Sarcūlāquē rastrīquē grāves longīquē ligōnes.
 Quae postquam rāpūērē fērae cornūquē mīnācēs
 Divulsērē bōvēs, ad vātis fātā rēcurreunt,
 Tendentemquē mānūs et in illō tempōrē primum

- 40 Irritā dicentem nec quicquam vocē mōventem
 Sacrilēgae p̄rimunt; perque os, pro Iuppit̄r! illud
 Auditum saxīs intellectumquē f̄r̄arum
 Sensibūs in ventos ānima exhālātā r̄ecessit.

IV. Ostatnia podróz

- Tē maestae vōlucrēs, Orphēu, tē turbā f̄r̄arum,
 45 Tē rigidi silicēs, tē, carminā saepē sēcūtae,
 Flēverunt silvae; p̄sitis tē frondibūs arbos
 Tonsā cōmas luxit: lācrimis quōquē flūminā dīcunt
 Incrēvissē sūis, obsūtāquē carbāsā pullō
 Nāidēs et dryādes passosque hābūerē cāpillōs.
 50 Membrā iacent dīversā lōcis. Cāpūt, Hēbrē, l̄yramque
 Excipīs, et — mīrum! — mēdiō dum labitur amne,
 Flēbilē nesciō quid quērītur l̄yrā, flēbilē linguā
 Murmurāt exānīmis, respondent flēbilē ripae.
 Iamquē m̄are invectae flūmen p̄pūlarē r̄elinquunt,
 55 Et Mēthymnaeae p̄tiuntur litōrē Lesbī.

V. Złączenie kochanków

- 61 Umbrā sūbit terrās et, quae locā vidērāt ante,
 Cunctā r̄ecognoscit; quaerensquē p̄r arvā p̄iōrum
 Invēnit Eur̄ydīcen cūpīdisque amplectītūr ulnīs.
 Hic mōdō cōiunctis spātiantur passibūs ambo,
 65 Nunc praecedentem s̄equitur, nunc praevius anteit
 Eur̄ydīcenquē sūam iam tūtō respicit Orphēu.

VI. Ukaranie Menad

- Nōn impūnē tāmen sc̄elūs hoc s̄init essē L̄yaeus,
 Āmissōquē dōlens sacrōrum vātē sūōrum,
 Prōtinūs in silvis matrēs Ēdonīdās omnēs,
 70 Quae vidērē nēfas, tortā radicē ligāvit.
 73 Utquē sūum lāquēis, quōs callidūs abdidit auceps,
 Crus ūbī commisit vōlucris sensitquē tēnērī,
 75 Plangītūr, ac trēpidans adstringit vinculā mōtū:
 Sic, ut quaequē sōlo dēfixā cōhaesērāt hārum,
 Exsternātā fūgam frustrā temptābāt; āt illam
 Lentā tēnet radix exsultantemquē cōērcet.
 Dumque ūbī sint dīgītī, dum pēs ūbī, quærīt, ēt unguēs,

80 Adspicit in tērētes lignum succēdērē sūrās;
 Et cōnātā fēmur maerentī plangērē dextrā,
 Rōbōrā percussit. Pectus quōquē rōbōrā fiunt:
 Rōbōrā sunt ūmērī, longos quōquē bracchiā quernōs
 Essē pūtes rāmōs, et non fallārē pūtandō.

Keyks i Alkyone

(Ovidius Met. XI, 410—748)

I. Alkyone zatrzymuje odjeżdżającego Keyksa

410 Intērēā frātrisque sūī frātrempquē sēcūtis
 Anxiā prōdigīs turbātus pectōrā Cēyx,
 Consūlāt ut sācrās, hōmīnum ōblectāminā, sortēs,
 Ad Clārīum pārāt irē dēum: nam templā prōfānus
 Invīa cum Phlēgýis faciēbat Delphicā Phorbas.



Apollo. Rzym. Muzeum Kapitolińskie.

415 Consilīi tāmēn antē sūī, fidissimā, certam
 Tē faciūt, Alcýonē. Cūī prōtīnūs intīmā frīgus
 Ossā rēcēpērunt, buxōquē simillimūs ōrā
 Pallōr ōbit, lācrimisquē gēnae mādūērē prōfūsīs.
 Ter cōnātā lōquī ter flētībūs ōrā rīgāvit,

- 420 Singultūque piās interrumpentē querelas
 „Quae meā culpā tuam“ dixit, „cārissimē, mentem
 Vertit? Ūbi est, quae cūrā mēi priōr essē solēbat?
 Iam potēs Alcÿonē sēcūrus ābessē relicta?
 424 Iam viā longā placēt? iam sum tibi cārīōr absens? —
 439 Quod tuā sī flecti prēcibus sententiā nullis,
 440 Cārē, pōtest, cōniunx, nīmūmque es certus eundī,
 Mē quōque tollē simūl! Certē iactābimūr unā,
 Nec, nisi quae patiā, mētūam; pāriterque fērēmus,
 Quicquid erit, pāriter supēr aequorā latā fērēmur.“
 Talībūs Aeōlidis dictis lacrimisque mōvetur
 445 Sidērēus cōniunx; nēque enim minōr ignis in ipso est.
 Sed nēque propōsitos pelāgī dimittērē cursūs,
 Nec vult Alcÿonēn in partem ādhībērē pericli;
 Multaque respondit tūmidum solantiā pectus,
 Non tāmēn idcircō causam probāt. Addidit illis
 450 Hoc quōque lēnīmen, quō solō flexit āmantem:
 „Longā quīdem est nobīs omnis mōrā; sed tibi iūro
 Per patriōs ignēs, sī mē mōdō fatā rēmittant,
 Antē rēversūrum, quam lūnā bis implēāt orbem“.

II. Odjazd Keyksa

- His ūbi prōmissis spēs est admōtā rēcursūs,
 455 Prōtīnūs ēductam nāvālibūs aequorē tingī
 Aptārīque suis pīnum iūbēt armāmentis.
 Quā rursus vīsā, vëlūtī praesagā futuri,
 Horrūt Alcÿonē lacrimāsque ēmisit obortās,
 Amplexūque dēdit, tristiquē miserrimā tandem
 460 Ōrē „vālē“ dixit, collapsaque corpore toto est.
 Ast iūvenēs, quaerentē mōrās Cēyce, rēducunt
 Ordinibus gēminīs ad fortiā pectorā rēmōs,
 Aequalique ictū scindunt frētā. Sustulit illa
 Umentēs oculos, stantemque in puppē rēcūrvā
 465 Concussaque mānū dantem sibi signā mārītum
 Primā videt redditque nōtās. Ūbi terrā rēcēssit
 Longiūs, atque oculi nēquēunt cōgnoscērē vultūs,
 Dum licēt, insēquitur fugientem lūminē pīnum.
 Haec quōque ut haud pōtērat spātīō submōtā videri,
 470 Velā tāmēn spectat summō flūitantiā mālō. —

III. Burza na morzu

- 474 Portibus exierant, et moverat aurā rudentēs :
 516 Ecce cadunt largi rēsolutis nūbibus imbrēs,
 Inquē frētum crēdas tōtum descendere caelum,
 Inquē plāgas caelī tūmēfactum adscendere pontum.
 Velā mādent nimbīs, et cum caelestibus undīs
 520 Aequōrēae miscentūr aquae. Cāret ignibus aether,
 Caecaque nox prēmītur tēnēbris hīemisquē suisque.
 Discutiunt tāmēn has praebentquē micantiā lūmen
 523 Fulmīnā, fulmīnēis ardescunt ignibus undae.

IV. Okręt rozbija się, a Keyks tonie

- 551 Frangitūr incursū nimbōsī turbīnis arbor,
 Frangitūr et rēgimen : spōlisque ānimōsā sūperstes
 553 Undā, vclut victrix, sinūatāquē despicit undās ;
 557 Mergit in imā rātem ; cum quā pars magnā virōrum
 Gurgitē pressā grāvī, nēque in āerā redditā, fato
 Functā sūo est. Alīi partēs et membrā cārīnāe
 560 Truncā tēnent. Tēnēt ipsē mānū, quā sceptrā solēbat,
 Frāgmīnā nāvīgī Ceyx, sōcērumquē pātremlque
 Invōcāt, heu ! frustrā, sed plūrīmā nantis in ore
 Alcýōnē cōniunx. Illam mēmīnitquē rēfertque :
 Illiūs ante oculōs ūt āgant sūā corpōrā fluctūs,
 565 Optāt, et exānimis mānibus tūmuletūr āmicīs.
 Dum nātāt, absentem, quōtīens sinīt hiscēre fluctūs,
 567 Nōmīnāt Alcýōnēn ipsisque immurmūrāt undīs.

V. Złudzenia Alkyony

- 573 Aeōlis intērēā tantōrum ignārā mālōrum,
 Dinūmerat noctēs ; et iam, quās indūāt ille,
 575 Festīnat vestēs, iam quās, ūbī vērērīt ille,
 Ipsā gērat, rēditūsquē sībī prōmittīt inānēs.
 Omnibus illā quīdem sūpēris piā tūrā fērebat,
 Antē tāmēn cunctōs Iūnōnis templā cōlēbat,
 Prōquē virō, quī nullūs ērat, vēnīebāt ad ārās,
 580 Utquē fōret sospes cōniunx sūus utquē rēdiret,
 Optābat nullamquē sībī praeferrēt. At illi
 Hoc dē tot vōtis pōtērat contingere solum.

VI. Poselstwo Irydy

At deā nōn ultrā prō functō mortē rōgārī
 Sustinēt; utquē mǎnūs fūnestas arcēāt arīs,
 585 „Iris, mēae“ dixit „fidissimā nuntiā vōcis,
 Visē sōpōrifēram Somnī velocitēr aulam,
 Extinctiquē iūbē Cēycis imāginē mittat



Odłamek rzeźby, wyobrażającej Sen. Paryż. Luwr.

Somnia ad Alcýonen vērōs narrantiā cāsūs!“
 Dixērāt. Indūitur velāminā millē cōlōrum
 590 Iris, ēt arcuātō caelum curvāminē signans,
 591 Tectā pētīt iussī sub nūbē lātentiā rēgis.

VII. Morfeusz w postaci Keyksa powiadamia Alkyonę o żalobie

633 At pātēr ē pōpūlō nātōrum millē sūōrum
 Excitāt artificem simūlātōremquē figurāe,
 Morphēā. Nōn illō quisquam sollertius alter
 636 Exprimit incessūs vultumquē sōnumquē lōquendī.
 650 Illē vōlat nullōs strēpītūs faciētibūs alīs
 Per tēnēbrās, intrāquē mōrae brēvē tempūs in urbem
 Pervēnit Haemōniām, pōsitisque ē corpōrē pennīs
 In faciē Cēycis ābit, sumptāquē figurā
 Lūrīdūs, exānimī simīlis, sinē vestibūs ullīs
 655 Cōniūgīs antē tōrum mīsērae stētīt: ūdā vidētur
 Barbā vīrī, mādīdisquē grāvis flūere undā cāpillīs.
 Tum lectō incumbens flētū supēr orā prōfūsō
 Haec ait: „Agnoscis Cēycā, mīserrimā cōniunx?
 An mēā mūtata est faciēs nēcē? Respīcē! noscēs,

- 660 Invēniesquē tūō prō cōniūgē cōniūgis umbram.
 Nil ōpis, Alcÿōnē, nōbis tuā vōtā tūlērunt:
 Occidimus; falso tibi mē prōmittērē nōlī!
 Nūbilūs Aegaeo dēprendit in aequorē nāvem
 Austēr ēt ingentī iactātam flāminē solvit;
 665 Ōrāquē nostrā tūum frustrā clāmantiā nōmen
 Implērunt fluctūs. Nōn haec tibi nuntiāt auctor
 Ambigūus, nōn istā vāgis rūmōribūs audis:
 Ipse ēgō fatā tibi praesens mēā naufrāgūs edo.
 Surge, āgē, dā lacrimās, lūgūbriāque indūē, nec mē
 670 Indēploratum sūb inanīā Tartarā mitte!“
 Adicit his vōcem Morphēūs, quam cōniūgis illa
 Crēderēt essē sūi; flētūs quōquē fundērē vērōs
 Visūs ērat, gestumquē mānūs Cēycis hābēbat.

VIII. Rozpacz Alkyony

- Ingēmīt Alcÿōnē, lacrimās movēt atquē lacertōs
 675 Per somnum, corpusquē pētens amplectitūr aurās,
 Exclāmatquē: ‘Mānē! Quō tē rāpis? Ībimūs unā’.
 Vocē suā spēcīēquē viri turbātā, sōpōrem
 Excūtīt, et primō, sī sit, circumspicit, illic,
 Quī modō visūs ērat: nam moti vōcē ministrī
 680 Intūlērant lūmen. Postquam nōn invēnit usquam,
 Percūtīt orā mānū lāniatque ā pectōrē vestēs,
 Pectōrāque ipsā fērit. Nec crinēs solvērē cūrat:
 Scindīt; ēt altrīcī, quae luctūs causā, rōgantī
 „Nulla est Alcÿōnē, nulla est!“ āit, „occidit unā
 685 Cum Cēycē sūō. Solantiā tollitē verba!
 Naufrāgūs intērīt. Vidī agnōvīquē, mānūsque
 Ad discēdentem, cūpiens rētīnērē, tētendī.
 Umbrā fūit, sēd ēt umbrā tāmen mānifestā, virique
 Vērā mēi. Nōn illē quidem, sī quaerīs, hābēbat
 690 Adsuētōs vultūs, nec, quō priūs, orē nitēbat:
 Pallentem nūdumque ēt ādhūc ūmentē cāpillo
 Infelix vidī. Stētīt hoc misērabilis ipso
 Eccē locō!“ — et quaerit, vestigiā siquā sūpersint.
 ‘Hōc ērat, hōc, ānimō quod divinantē tīmēbam,
 695 Et, nē mē fugiēns ventōs sēquērērē, rōgābam.
 At certē vellem, quōniām pērītūrūs ābibas,
 Mē quōquē duxisses. Multum fūit ūtilē tēcum
 Īrē mīhi: nēque ēnim dē vitāe tempōrē quicquam
 699 Nōn simūl ēgissēm, nec mors discrēta fūisset.

IX. Alkyone u zwłok Keyksa

- 710 Māne ērāt: ēgrēditur tectīs ad litūs et illum
Maestā locum rēpētīt, de quō spectārāt ēuntem.
Dumquē morātūr ibī, dumque „Hic rētīnāculā solvit,
Hoc mihi discēdens dēdit osculā litōrē“ dicit,
- 715 Prospicit: in liquidā spātio distantē tūetur
Nesciō quid quāsi corpūs aquā; primōquē, quid illud
Essēt, erat dubiūm. Postquam paulum adpūlīt undā,
Et, quamvis āberat, corpus tamēn esse liquēbat:
Quī forēt, ignorans, quā naufrāgūs, omīnē mōta est,
- 720 Et, tamquam ignotō lacrimam darēt, „Heu! misēr“, inquit,
„Quisquīs es, et siquā est cōniunx tibi!“ — Fluctibus actum
Fit prōpius corpus; quod quō māgis illā tūetur,
Hoc minūs et minūs est mentis. Iam iamquē prōpinquae
Admōtum terrae, iam quod cognoscērē posset,
- 725 Cernit: — erat cōniunx. ‘Ille est!’ exclamāt, et unā
Ōrā, cōmas, vestem lacērat, tendensquē trēmentēs
Ad Cēycā mānūs ‘Sic, o cārissimē cōniunx,
Sic ad mē, misērāndē, rēdis?’ ait.

X. Przemiana obojga

Adiācēt undīs

- Factā mānū mōles, quae primās aequōris undās
730 Frangit, et incursūs quae praedelassāt aquarum.
Insilit hūc, mirumquē fuit pōtūissē? vōlābat,
Percūtiensquē lēvem mōdō nātis āerā pennīs
Stringēbat summās āles misērābilis undās.
Dumquē vōlat, maestō simīlem plēnumquē quērēlae
- 735 Ōrā dēdērē sōnum tēnūi crēpītantiā rostrō.
Ut vērō tētigit mūtum et sinē sanguinē corpus,
Dilectōs artūs amplexā recentibus ālis,
Frīgīdā nēquiquam durō dēdit osculā rostrō.
Sensērīt hoc Cēyx, an vultum mōtibūs undae
- 740 Tollērē sit vīsus, pōpulus dubitābat: at ille
Sensērāt. Et tandem supēris misērāntibus ambo
Alitē mūtantur. Fātis obnoxius isdem
Tunc quōquē mansit āmor, nec cōniūgialē solūtum
Foedūs in ālitibus: cōeunt fruntquē pārentēs;
- 745 Perquē diēs plācidos hibernō tempore septem
Incūbāt Alcýonē pendentibus aequōre nidīs.
Tunc iācēt undā mārīs: ventōs custōdit et arcet
Aeolūs ēgressū, praestatquē nēpōtibūs aequor.

Apoteoza špievaka

(Ovidius Met. XV, 871—879)

- 871 Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volest, illa dies, quae nil nisi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
- 875 Partē tamen meliōrē mēi sup̄er altā p̄rennis
Astrā fērar, nōmenque erit indēlebile nostrum.
Quāquē p̄tet dōmītis Romanā pōtentiā terris,
Ōrē lēgar pōpūli, perque omniā saecūlā fāma,
Siquīd hābent v̄ri vātum praesāgiā, vīvam.

Święto Anny Perenny

(Ovidius F. III, 523—656)

B E I D. M A R T. N P.

I. Opis rozrywek świętecznych

Idibus est Annae festum geniale Perennae:
Non procul a ripis, advēna Thybrī, tuis

**Tancerka. Muzeum Watykańskie.**

- 525 Plebs v̄nit et virīdēs passim disiectā p̄r herbas
Pōtāt ēt accumbit cum p̄rē quisquē sūa.

Sub Iovē pars dūrat, pauci tentōriā pōnunt,
 Sunt quibūs ē rāmis frondēā factā cāsa est;
 Pars, ubi prō rigīdis cālāmos stātuerē cōlumnīs,
 530 Desūpēr extētās inpōsuerē tōgās.
 Sōlē tāmen vīnōquē cālent annōsquē prēcantur,
 Quot sūmant cŷāthōs, ad nūmērūmquē bibunt;
 Invēnēs illic, quī Nestōris ebībāt annōs,
 Quae sit per cālicēs factā Sibyllā sūos.
 535 Illic et cantant, quidquid didicerē thēātrīs,
 Et iactant faciēs ad sūā verbā mānūs,
 Et dūcunt pōsito dūras crāterē chōreās,
 Cultāquē diffūsis saltāt āmicā cōmīs.
 Cum rēdēunt, titūbant, et sunt spectāculā volgī,
 540 Et fortūnātōs obviā turbā vōcat.
 Occurrit nūper — vīsa est mihi dignā rēlatū —
 Pompā: sēnem pōtum pōtā trāhebāt ānus.
 Quae tāmen haec dēā sit, quōnīam rūmōribūs errat
 Fabulā, propōsito nullā tēgendā mēo.

II. Na jaką pamiątkę Rzymianie obchodzili święto Anny Perenny

545 Arsērāt Aenēae Didō misērābilīs igne,
 546 Arsērāt exstructīs in sūā fatā rōgīs
 551 Prōtīnūs invādunt Nūmidāe sinē vindicē regnum,
 552 Et pōtītūr captā Maurūs ĩarbā dōmō.
 559 Pellītūr Annā dōmō lacrimansquē sōrōriā linquit
 560 Moenīā; germānae iustā dāt antē sūae.
 565 Nanc̄tā rātem cōmītesquē fūgae, pēdē labītūr aequo,
 566 Moenīā respiciens, dulcē sōrōris ōpus.
 599 Dūcītūr ad Laurens ingentī flāmīnē litus
 600 Puppīs, ēt expōsitīs omnībūs haustā pērit.

Iam piūs Aenēas regnō nātāquē Lātīni
 Auctūs ērat, pōpūlōs miscūeratquē dūos.
 Litōrē dōtālī, sōlō cōmītātūs Āchate,
 Sēcrētum nūdō dum pēdē carpit ĩter,
 605 Adspicit errantem nec credēre sustīnēt Annam
 Essē: quid in Lātīos illā vēnīrēt āgrōs?
 Dum sēcum Aenēās, „Anna est!“ exclāmāt Āchātes.
 608 Ad nōmen vultūs sustūlit illā sūos.

- 627 Utquē dōmum intrāvit Tŷrīos indūtā pārātus,
 Incipit Aenēas — cētērā turbā tācet —:
 „Hanc tibi cur trādam, pŷā causā, Lāvīniā cōniunx,
 630 Est mihi: consumpsī naufrāgūs hūiūs ōpēs.
 Ortā Tŷrō est, regnum Libŷcā possēdit in ōrā:
 Quam prēcōr, ut cārae mōrē sōrōris āmes.“
 Omniā prōmittit falsumquē Lāvīniā volnus
 634 Mentē prēmit tācitā dissimulatquē mētūs.
- 639 Nox ērāt: antē tōrum vīsa est adstārē sōrōris
 640 Squālentī Didō sanguinūlentā cōmā,
 Et „fūgē, nē dubitā, maestum fūgē“ dicērē „tectum!“
 Sub verbum quērūlas inpūlit aurā fōrēs.
 Exsilit, et vēlox hūmili supēr ausā fēnestra
 644 Sē iacēre — audācem fēcērāt ipsē tŷmor —.
 647 Cornigēr hanc tūmidis rāpūissē Nūmīciūs undīs
 Crēditūr, et stagnīs occulūissē sūīs.
- Sidōnis intērēa magnō clāmōrē pēr āgrōs
 650 Quaerītūr: adpārent signā nōtaequē pēdum.
 Ventum ērāt ad rīpās: inērant vestīgā rīpīs.
 Sustinūit tācītās consciūs amnis āquās,
 Ipsā lōquī vīsa est: „Plācīdī sum nymphā Nūmīcī,
 Annē pērennē lātens, Annā Perennā vōcor.“
- 655 Prōtinūs errātis laetī vescuntūr in āgrīs
 Et cēlēbrant largō sēquē diemquē mērō.

Święto Quinquātrus

(Ovidius F. III, 809—834)

F XIII. K. APR. QUINQ. N.

I. Obchody świąteczne

- 809 Ūnā diēs mēdiā est, et fiunt sācrā Mīnervae,
 810 Nōmīnāque ā iunctis quinquē diēbūs hābent.
 Sanguinē primā vācat, nec fas concurrērē ferrō:
 Causā, quōd est illā nātā Mīnervā diē.
 Altērā tresquē supēr rāsā cēlēbrantūr hārēnā:
 Ensībūs exsertis bellīcā laetā dēa est.

II. Uczestnicy uroczystości

815 Pallādā nunc pūērī tēnēraeque oratē pūellae!
 Qui bēnē placārit Pallādā, doctūs ērit.
 Pallādē placatā lānam mollirē pūellae
 Discant et plenās exōnērārē cōlōs!
 Illa ētiam stantīs rādīō percurrērē tēlās
 820 Ērūdīt et rārūm pectīnē densēt ōpus.



Minerwa. Muzeum Watykańskie.

Hanc cōlē, quī mācūlas laesis dē vestibūs aufers.
 Hanc cōlē, vellērībus quisquīs āēnā pāras!

Nec quisquam invitā faciēt bēnē vincūlā plantae
 Pallādē, sit Tychiō doctiōr illē licet,
 825 Et licēt antiquō mānībus conlātūs Ēpēō
 Sit priōr, iratā Pallādē mancūs ērit.

Vos quōquē, Phoebēā morbōs quī pellītis arte,
 Mūnērā dē vestris paucā rēfertē dēae.

Nec vos, turbā fērē censū fraudatā, māgistrī,
 830 Spērnītē — discīpūlōs attrāhīt illā nōvōs!

Quīquē mōves caelum tābūlamquē cōlorībūs ūris,
 Quīquē făcis doctā mollīā saxā mănū!

Millē dēa est ōpērum: certē dēa carmīnis illa est;
 Si mērēor, stūdiīs adsit āmicā mēis!

Święto Fortis Fortūnae

(Ovidius F. VI, 771—784)

G VIII. K. IUL. C.

- 771 Tempōrā lābuntur, tācītisquē sēnescimūs annīs,
 Et fūgūnt freno non rēmōrantē diēs:
 Quam citō vērunt Fortūnae Fortis hōnōrēs!
 Post septem lūces Iūniūs actūs ērit!



Świątynia Minerwy w Rzymie.

- 775 Ītē, dēam laeti Fortem cēlēbrātē Quīrītēs!
 In Tībēris rīpā mūnērā rēgis hābet.
 Pars pēdē, pars ētīam cēlēri dēcurrītē cumbā,
 Nec pūdēat pōtōs indē rēdirē dōmum!
 Fertē cōrōnātae iūvēnum convīvīā lintres,

780

Multaque per medias vina bibantur aquas.
 Plebs colit hanc, quia qui posuit, de plebe fuisse
 Fertur et ex humili sceptrum tulisse loco.
 Convenit et servis, serva quia Tullius ortus
 Constituit dubiae templam propinquam deae.



Stantes telae. Krosna Penelopy. Malowidło na wazie greckiej z Chiusi.

Ostatnia noc w Rzymie

(Ovidius Tr. I, 3, 1—100)

Cum subit illius tristissima noctis imago,
 Qua mihi supremum tempus in Urbem fuit,
 Cum repeto noctem, quam tot mihi cara reliqui,
 Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.



Nauczyciel i uczniowie. Piaskorzeźba na nagrobku z Trewiru.

- 5 Iam prope lux aderat, cum me discedere Caesar
 6 Finibus extremae iusserat Ausoniae.
 15 Adloquor extremum maestos habiturus amicos,
 Qui modo de multis unus et alter erat.
 Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat
 18 Imbre per indignas usque cadentem genas.

- 27 Iamquē quiescebant vocēs hōmīnumquē cānumque,
 Lūnāquē nocturnos altā rēgēbāt ēquos:
 Hanc ēgō suspiciēns et ad hanc Cāpitōliā cernens,
 30 Quae nostro frustrā iunctā fuērē lārī,
 „Nūmīnā vicīnis hābitantiā sēdībūs“, inquam,
 „Iamque oculis numquam templā videndā mēis,
 Diquē rēlinquendī, quōs Urbs hābēt altā Quīrīnī,
 34 Estē sālūtātī tempūs īn omnē mīhi!“



Książka, złożona z tabliczek do pisania.



Tabliczka z wypisanemi na wosku ćwiczeniami szkolnemi, w języku greckim, z 4—5 w. po Chr. W górze rylec.

- 71 Dum loquor et flēmus, caelō nitīdissimūs alto
 Stellā grāvis nobis, Lūcifer ortūs erat:
 Dividōr haud ālīter, quam sī mēā membrā rēlinquam,
 74 Et pars abrumpī corpōrē vīsā sūō est.
- 79 Tum vērō cōniunx ūmērīs ābēuntīs īnhaerens,
 80 Miscūt haec lācrīmis tristīā verbā mēis:
 „Non pōtēs āvellī! Sīmūl hinc, sīmūl ībīmūs,“ inquit,
 82 „Tē sēquār et cōniunx exsūlis exsūl ēro.
 85 Tē iūbēt ā patriā discēdērē Caesārīs ira,
 Mē piētās! Piētās haec mīhī Caesār ērit!“
 Taliā temptābat, sicut temptāvērāt ante,
 Vixquē dēdit victās ūtīlītātē mānūs.
- 90 Egrēdior, sīve illūd erat sinē funērē ferrī,
 Squalīdūs inmissis hirtā pēr ōrā cōmīs.
 Illā dōlore āmens tēnēbris narrātūr ōbortīs
 92 Sēmīānimīs mēdiā prōcūbūissē dōmō,
 99 Et vōlūissē mōrī, mōriēndō pōnērē sensūs,
 100 Respectūquē tāmen non pērīissē mēī.

Do žony

(Ovidius Tr. III, 3, 1—88)

Haec mēā, sī cāsū mirāris, ēpistulā quāre
 Altērius digītis scriptā sīt, aegēr ēram:
 Aegēr in extrēmīs ignotī partībūs orbis
 Incertusquē mēae paenē sālūtīs ēram.

- 5 Quem mīhī nunc ānimum dirā rēgionē iacentī
 Inter Saurōmātās essē Gētasquē pūtes?
 Nec caelum pātior, nec āquīs adsuēvimūs istīs,
 Terrāquē nesciō quō non placēt ipsā modō,
 Non dōmūs aptā sātis, nōn hic cibūs ūtilīs aegrō,
 10 Nullūs, Āpollinēā quī lēvēt artē mālum,
 Non quī solētur, non quī labentiā tardē
 Tempōrā narrāndō fallāt, āmicūs ādest.
 Lassūs in extrēmīs iacēō pōpūlisquē locisquē,
 Et sūbit adfectō nunc mīhī, quidquid ābest.
- 15 Omnīā cum sūbēant, vincis tāmēn omnīā, cōniunx,
 Et plūs in nostrō pectōrē partē tēnes:
 Tē loquōr absentem, tē vox mēā nōmināt ūnam,
 Nullā vēnit sīnē te nox mīhī, nullā dīes;
 Quīn ētiam sic mē dīcunt āliēnā locūtum,
 20 Ut fōrēt amentī nōmēn in ōrē tūum.
- 85 Scribērē plūrā libet, sed vox mīhī fessā loquēndō
 Dictandī virēs siccāquē linguā nēgat;
 Accipē sūprēmō dictum mīhī forsītān ōre,
 Quod, tībī quī mittit, nōn habēt ipsē: vāle!

Žyciorys poetry

(Ovidius Tr. IV, 10, 1—132)

I. Pochodzenie

- Ille ēgō quī fūērim, tēnērōrum lūsōr āmōrum,
 Quem lēgīs, ut nōris, accipē postērītas!
 Sulmō mīhī pātrīa est, gēlidīs ūberrīmūs undīs,
 Milīā quī nōvīes distāt āb Urbē dēcem;
 5 Ēdītūs hīc ēgō sum, nec nōn ut tempōrā nōris:
 Cum cēcīdit fato consūl ūterquē pāri,
 Sī quīd id est, usque ā prōāvis vētūs ordīnīs hēres,
 Non modō fortunāe mūnērē factūs ēques.

- Nec stirps primā fūi, gēnito sum frātrē crēatus,
 10 Quī tribūs antē quāter mensibūs ortūs erat;
 Lūcifer ambōrum nātālibūs adfuit idem,
 Haec est armifērae festis dē quinquē Minervae,
 Quae fierī pugnā primā cruentā solet.

II. Szkoły i urzędy

- 15 Prōtinūs excōlimur tēnērī cūrāquē pārentis
 Imūs ad insignēs Urbīs ab artē vīros:
 Frātēr ad elōquium vīridī tendebāt ab aevō,
 Fortiā verbōsī nātūs ad armā forī,
 At mihi iam pūerō caelestiā sācrā plācebant,
 20 Inquē sūm furtim Mūsā trāhebāt ōpus.
 Saepē pāter dixit: „Stūdium quid inūtilē temptas?
 Maeōnides nullās ipsē reliquit ōpes.“
 Mōtūs eram dictis totoque Hēliconē relicto
 Scribērē temptābam verbā solūtā modis:
 25 Spontē suā carmen nūmērōs vēniebāt ad aptōs,
 Et, quod temptābam scribērē, versūs erat.
 Intērēā tācītō passū lābentībūs annīs
 Libērīor frātrī sumptā mihiquē tōga est



Popiersie Homera. Rzym. Muzeum Kapitolnińskie.

- Indūiturque ūmēris cum lātō purpurā clāvō,
 30 Et stūdium nōbis, quod fūit antē, mānet.
 Iamquē decem vitāe frāter gēmīnāvērāt annōs,
 Cum pērit, et coepī partē cārērē mēi.

Cepimūs et tēnērae p̄imos aetātis hōnōres,
 Equē vīris quondam pars tribūs ūnā fūi.
 35 Cūrīā restābat: clāvī mensūrā cōacta est;
 Māius ērat nostris vīribūs illūd ōnus,
 Nec patiēns corpus nec mens fūit aptā lābōrī,
 Sollicitaequē fūgax ambiōnīs ēram,
 Et pētēre Aōniae suādēbant tūtā sōrōres
 40 Ōtīā iūdiciō semp̄r āmātā mēō.



Udrapowanie togi (toga praetexta).

III. Stosunki z poetami współczesnymi i pierwsze występy poetyckie

Tempōris illius cōlūi fōviquē pōetas,
 Quotque ādērant vātes, rēbār ādēssē dēōs.
 Saepē sūās vōlūcrēs lēgit mīhī grandīōr aevō,
 Quaequē nōcet serpens, quae iūvat herbā, Mācer,
 45 Saepē sūōs sōlitus rēcītārē Prōperitūs ignēs,
 Iūrē sōdālīcī quī mīhī iunctūs ērat;
 Ponticūs hērōō, Bassus quōquē clārūs iambīs
 Dulciā convictūs membrā fūērē mēi,
 Et tēnūit nostrās nūmērōsūs Hōrātīūs aurēs,
 50 Dum fērit Ausōniā carminā cultā lŷrā;
 Vergīlium vidī tantum, nec āmārā Tŷbullō
 Tempūs āmicītiāe fātā dēdērē mēae;

Successor fuit hic tibi, Gallè, Præpertius illi,
 Quartus ab his serîe temporis ipsè fûi,
 55 Utque egò maiōres, sic me cõluerè minores
 Notâquè non tardè factâ Thaliâ meâ est.

Carmînâ cum primum pöpulo iuvenälîâ lægi,
 Barbâ resectâ mihî bisvè semelvè fuit;
 Moverât ingenium totam cantatâ per Urbem
 60 Nominè non verò dictâ Cöriinnâ mihî.
 Multâ quidem scripsî, sed quae vitiosâ putâvî,
 Emendâturis ignibus ipsè dedî;
 Tunc quoquè, cum fugerem, quaedam placitürâ cremâvî,
 Iratus stüdiõ carminibusquè meis.

IV. Życie rodzinne

Mollè, Cüpidinèis nec inexpugnâbilè telis
 Cor mihî quodquè lævis causâ moverèt, erat.
 Cum tamèn hîc essem minimõque accenderèr ignî,
 Nominè sub nostro fâbulâ nullâ fuit.
 Paenè mihî püerõ nec dignâ nec ütîlis uxor
 70 Est datâ, quae tempus per brevè nuptâ fuit.

Illî successit, quamvis sinè crimînè cõniunx,
 Nec tamèn in nostro firmâ futürâ torõ.
 Ultimâ, quae mēcum serõs permansit in annõs,
 Sustinuit cõniunx exsulîs esse virî.
 75 Filiâ me meâ bis primâ fecundâ iuventâ,
 Sed non ex unõ cõniugè, fecit avum.
 Et iam complerat gëntor suâ fâtâ novemquè
 Addiderat lustris alterâ lustrâ novem:
 Non alîter flëvî, quam me flëtürüs ademptum
 80 Illè fuit; matrî proximâ iustâ tulî.
 Felicès ambõ tempestivequè sèpultî,
 Antè diem poenae quod perierè meae!
 Mè quoquè felicem, quod non viventibus illis
 Sum misër, et de me quod doluerè nihil!

V. Wygnanie

Iam mihî cãnitîes pulsîs melîoribus annis
 Venerât antiquâs miscueratquè cõmâs,
 95 Postquè meõs ortus Pisaeâ vinctus õlivâ
 Abstulerat decies praemiâ victõr èques,

Cum mārīs Euxinī pōsītōs ad laevā Tōmitās
 Quaerērē mē laesi principis irā iūbet;
 Causā mēae cunctis nīmīum quōquē notā rūinae
 100 Indiciō non est testificandā mēo.
 Quid rēferam cōmitumquē nefas famulōsque nocētēs?
 Ipsā multā tūli non lēviorā fūgā.




Statua cesarza Augusta. Muzeum Watykańskie.

Indignatā mālis mens est succumbērē sēque
 Praestitit invictam vīribūs usā suis,
 105 Oblitusquē mēi ductaequē pēr oīiā vītae,
 Insōlītā cēpi temporis armā manū
 Totquē tūli terrā cāsus pēlagōquē, quōt inter
 Occultum stellae conspicūumquē polum.
 Tactā mīhi tandem longīs errōribūs actō
 110 Iunctā phāretrātis Sarmātis ōrā Gētis.

VI. Ostatnia pociecha

Hic egō finitimis quamvis circumsōnēr armīs,
 Tristiā, quō possum, carminē fatā lēvo,
 Quod quamvis nēmo est, cūius rēferātūr ad aurēs,
 Sic tāmēn absūmō decipioquē diem.

- 115 Ergo, quod vivō dūrisquē lābōribūs obsto,
 Nec mē sollicitae taediā lūcis hābent,
 Gratiā, Mūsā, tibi! nam tū solāciā praebes,
 Tū cūrae rēquies, tū mēdicinā vēnis,
 Tū dux et cōmēs es, tū nōs abdūcis āb Histrō
 120 In mēdiōquē mihi das Hēlicōnē lōcum,



Sarkofag z wyobrażeniem dziewięciu muz. Paryż. Luwr.

- Tū mihi, quod rārum est, vivō sublimē dēdisti
 Nōmēn, āb ēxsēquīs quod dārē fāmā sōlet,
 Nec, quī dētractat praesentiā, Livōr iniquō
 Ullum dē nostris dentē mōmordit ōpus.
 125 Nam tūlerint magnōs cum saeculā nostrā poētās,
 Non fūit ingēniō fāmā mālignā mēō,
 Cumque ēgō praepōnam multōs mihi, non minōr illis
 Dicōr ēt in tōtō plūrimūs orbē lēgor.
 Si quid hābent igitur vātum praesāgiā vērī,
 130 Prōtinūs ut mōriar, nōn ērō, terrā, tūus;
 Sivē favōrē tūlī, sive hanc ēgō carminē fāmam,
 Iūrē tibi grātes, candidē lectōr, āgo.

List do niewdzięcznego

(Ovidius Epp. ex P. IV, 3, 1—58)


Conquērār, an tēcēam? Pōnam sinē nōminē crīmen,
 An nōtum, quī sis, omnībūs essē vēlim?
 Nōminē nōn ūtar, nē commendērē quērēlā,
 Quaerāturquē tibi carminē fāmā mēō.

5 Dum mēa puppis ērat vāvida fundatā cārīna,
 Quī mēcum velles currērē, primūs ēras;
 Nunc quāā contraxit vultum Fortunā, rēcēdis,
 Auxilio postquam scīs opūs essē tūō.
 Dissimulās ētīam nec mē vis nossē vidērī,
 10 Quisquē sīt, audito nōminē, Nāsō, rōgas!

Ille ēgō sum, quamquam non vīs audirē, vētustā
 Paenē pūer pūērō iunctūs amicitīā,
 Ille ēgō, quī primus tūā seriā nossē solēbam,
 Et tibi iucundis primūs adessē iocīs,
 15 Ille ēgō convictor densōquē domesticūs ūsū,
 Ille ēgō iudiciīs ūnicā Mūsā tūīs,
 Ille ēgō sum, quī nunc an vīvam, perfidē nescis,
 18 Cūrā tibi dē quō quaerērē nullā fuit!

25 Sī mihi rēbūs opem nullam factisque fērēbas,
 Vēnisset verbis chartā nōtatā tribus.
 Vix equīdem crēdō: subitō insultārē iacentī
 28 Tē mihi nec verbis parcērē fāmā rēfert.

35 Omnīa sunt hōminum tēnūi pendentīā filo
 36 Et subitō cāsū, quae vālūērē, rūunt:
 57 Tu quōquē fac timēās et, quae tibi laetā videntur,
 Dum loquēris, fierī tristīā possē putā!



Phaedrus

Skąpe wiadomości o życiu Fedrusa zawdzięczamy kilkunastu wzmiankom osobistym, rozrzuconym po bajkach tego pisarza, głównie w pierwszych utworach niektórych ksiąg. Urodzony w Macedonji, spędził żywot w Rzymie, jako wyzwolieniec Augusta. Prześladowany przez zausznika Tyberjuszowego, Sejana, „Bajki“ swe (*Phaedri, Augusti liberti Fabulae Aesopiae*) ogłaszał za cesarza Kaliguli (37—41). Mimo greckiego nazwiska, miejsca urodzenia i stanu wyzwolenczego, talent pisarski Fedrusa nie ma w sobie nic greckiego; brak mu bowiem oryginalności, fantazji i właściwych uzdolnień na pisarza bajek.

„Bajki Ezopijskie“ Fedrusa (w 5 ks., 31 + 8 + 19 z epilogiem + 25 z epilogiem + 10, oprócz późniejszych opracowań prozą) przerabiają wierszem tematy bajek greckich, które krążyły, zwłaszcza w nauce szkolnej, pod nazwiskiem Ezopa (*Aisōpos*) Frygijczyka, osobistości nawpół legendarnej, znanej już historykowi Herodotowi (w. V. prz. Chr.). Zresztą różne ludy starożytne miały od najdawniejszych czasów swoje zbiory bajek, a także w literaturze greckiej bajka odosobniona występuje już w 7. w. przed Chr., podobnie jak w literaturze rzymskiej jest znana przed Fedrusem. Bajki Ezopa czerpały wątki głównie z świata zwierzęcego, dobierając stamtąd, w formie anegdoty lub opowiadania zabawnego, rysy, przypominające niektóre właściwości, zwłaszcza zdrotne, natury ludzkiej, co zwykle bajkopisarz wyrażał w sensie moralnym na końcu, a czasem na początku bajki. Wszystkie bajki Ezopa, przez swoją lekkość, prostotę, dowcip i bystrość spostrzegania noszą piętno niewątpliwie greckiej genialności. Także greckiego pochodzenia są niektóre bajki



Ezop. Według obrazu Velasqueza. Madryt. Muzeum del Prado.

późniejsze, dotyczące życia czyto Ezopa, czyto Sokratesa; są to właściwe późniejszej umysłowości greckiej anegdoty, które niesłusznie pomieszczone wśród bajek. Bajki, nieosnute ani na życiu zwierząt, ani na anegdocie greckiej, pochodzą od Fedrusa i dowodzą zupełnej nieudolności Rzymianina w pomyśleniu osnowy bajecznej.

Właściwy talent Fedrusa, jak tyłu innych pisarzy rzymskich, polega na zaletach pisarskich. Język „Bajek“ odzwierciedla ówczesny stan języka łacińskiego; jest to więc piękna łacina klasyczna, z lekkim nalotem

łacinę srebrnej i zabarwieniem mowy potocznej; także występują główne figury retoryki szkolnej. Wybitną cechą języka Fedrusa jest zwięzłość wyśłowienia, właściwa literaturze tyberjańskiej; zwięzłość tę starano się głównie osiągnąć naśladowaniem greckiej łatwości w zastępowaniu zdań pobocznych imiesłowami.

Zachowany tekst grecki bajek Ezopa pochodzi z bardzo późnych czasów i spisany jest prozą. Naśladując kilku pisarzy greckich i rzymskich, którzy przerobili niektóre bajki Ezopa na wiersze, Fedrus opracował poetycznie większą ilość bajek, podobnie jak to uczynił później (w II w. po Chr.) grecki pisarz Babrios. Wiersz Fedra, to trymetr jambiczny:

υ υ, υ - | υ||υ, υ||- | υ υ, υ -

przyczem, jako w rodzaju literackim, który zbliża się, tematem i językiem, do prozy, bardzo częste są rozwiązania długich, tak arsz (w jambie), jak i tez (w spondeju, który w bajce może w każdej stopie, z wyjątkiem ostatniej, występować w miejsce jambu), podobnie jak i w komedji greckiej i łacińskiej. Zatem w miejsce jambu υ υ możemy otrzymać tribrachys υ υ υ, w miejsce spondeju - υ daktyl - υ υ lub anapest υ υ υ, z zachowaniem miejsca iktu jambicznego we wszystkich trzech rozwiązaniach. Stopa ostatnia nie dopuszcza rozwiązań, ale końcowa jej zgłoska jest metrycznie objęta (*syllaba anceps*). *Caesura semiquinaria* przecina stopę trzecią, między piątą a szóstą półstopą (skąd nazwa), lub rzadziej stopę czwartą, między siódmą (stąd zwie się *caesura semiseptenaria*) a ósmą półstopą.

Fedrus w Polsce, por. Szczepański, „Kultura klasyczna w zarysie“, str. 53.

Bajki Ezopijskie Fedrusa

Wilk i jagnię

(Phaedrus I, 1)

Ad rívum eundem lúpüs et agnus vénerant,
Sítí compulsí; súpërior stabát lupus
Longéque infërior ágñus.

Tunc fauce inproba

Latro incitátus, iúrgi causam intulit.
5 Cur, inquit, turbuléntam fëcistí mihi
Aquám bibenti?

Lániger, contrá, timens:

Qui póssum, quaesó, fácere, quod quërëris, lupe?
A té decurrit ad meós haustus liquor.

Repúlsus ille véritátis víribus:
10 Ante hós sex menses mále, áit, dixistí mihi.

Respóndit agñus: équidem nátus nõn eram.

Pátër hérclë túüs ibi, inquit, mále dixit mihi.
Atque ítá correptum lácërat iniustá nece.

Haec própter illos scripta est hómīnes fábula,
15 Qui fictis causis innocētēs ópprimunt.



Wilk i jagnię. Rysował Mikołaj Wisznicki.

Pies niesie mięso przez rzekę

(Phaedrus I, 4)

Amittit mērito própriūm, qui āllēnum ādpetit.

Canis per flūmen cārnem dum ferrēt natans,
Lymphārum in spēcūlō vīdit simūlacrūm suūm,
Aliāmque praedam ab āllērō ferrī putans,
5 Erīpērē vōlūt: vērūm dēcepta āviditas
Et quēm tenēbat ōre, dīmīsīt cibum,
Nec quēm petēbat, pōtūt ādēo adtingere.

Jeleń u źródła

(Phaedrus I, 12)

Laudātis ūtīliōra, quae contēmpseris,
Saepe invenīri haec āsserit narrātio.

Ad fōntem cervus, cūm bībisset, réstitit
Et in liquōre vīdit effigiēm suam.
5 Ibi dūm ramōsa mīrans laudat cōrnua
Crurūmque nīmīam tēnūtātem vītūperat,

Venántum súbito vóciſus contérritus,
Per cámpum fúgere coépit et cursú levi
Canés elúſit.

- 10 Silva tum exceptit ferum,
In quá retentis inpeditus córnibus
Lácérári coepit mórsibus saevis canum.



Jeleń u źródła. Rysował Mikołaj Wisznicki.

- Tum móriens, vócem hanc édidiſſe dicitur:
O me infélicem! quí nunc demum intéllego,
Utítia mihi quam fúerint, quae despéxeram,
15 Et quae laudāram, quántum luctūs hábuerint.

Kruk i lis
(Phaedrus I, 13)

Qui sé laudāri gáudet verbis súbdolis,
Será dat poenas túrpes poeniténtia.

- Cum dé fenestrā córvus raptum cáseum
Coméſſe vellet, célsā rēſidens árbore,
5 Vulpés hunc vidit, deinde sic coepit loqui:

O quí tuārum, córve, pennārum ést nitor!
Quantúm decōris córpore et vultú geris!
Si vócem hábēres, núlla priór alés foret.

At ille stultus, dūm vult vōcem ostēdere,
 10 Emisit ore cāseum, quem cēlērīter
 Dolōsa vulpes āvidis rāpūit dēntibus.
 Tum dēmum ingēmūit cōrvi dēceptus stupor.



Kruk i lis. Rysował Mikołaj Wisznicki.

Psy wygłodzone

(Phaedrus I, 20)

Stultūm consilium nōn modo effectū caret,
 Sed ād pernīciem quōquē mortāles dēvocat.

Cōriūm depressum in flūvīo vīdērunt canes.
 Id ūt comesse extrāctum possent fācilius,
 5 Aquām coepēre ēbibēre: sed ruptī, prius
 Pēriēre, quam, quod pētīerant, contingerent.

Żaba i wół

(Phaedrus I, 24)

Inōps, potentem dūm vult imītārī, perit.

In prāto quondam rāna conspexit bovem

Et tácta invidiā tántae magnitúdinis,
 Rugósam inflavit péllem; tum natós suos
 5 Interrogāvit, án bove esset látior.
 Illí negārunť.

Rúrsus intendit cutem
 Maióre nīsū et símili quaesivit modo,
 Quis máior esset. Ílli dixerúnt bovem.

Novíssime indignáta dum vult válidius
 10 Infláre sēse, rúptō iáctiit córpore.

Lis i bocian

(Phaedrus I, 26)

Nullí nocendum, síquis vĕro laéserit,
 Multándum símili iúre fábella ádmonet.



Lis i bocian. Rysował Mikołaj Wisznicki.

Vulpés ad cĕnam dicitur cicóniam
 Prĕor invitasse et illi in pătĕnā líquidam
 5 Posuisse sorbitiόνem, quam nulló modo
 Gustáre, esuriens, pótuerit cicónia.

Quae vŭlpem cum rĕvocásset, intritó cibo
 Plenám lagónam pósuit: huic rostrum insĕrens,

- Satiātur ipsa et tórquet convívam fame.
 10 Quae cúm lagōnae cóllum frustra lámberet.
 Përëgrinam sic locútam vólücrem accépimus:
 Süa quisque exemplä débèt aequo änimó pati.

Dwa muły i rabusie

(Phaedrus II, 7)

- Mulí gravatí sarcínis ibánt duo:
 Unús ferēbat fiscos cum pecúniā,
 Altér tumentes múltō saccos hórdeo.
 Ille ónëre dīves célsā cervīce éminet
 5 Clarúmque collo iáctat tintinnábulum,
 Comés quiëtō sēquítur et plácidó gradū.
 Sübitó latrónes éx insídīs ádvolant
 Intérque caedem férró mūlum saúciant,
 Dirípiunt nummos, néglégunt vile hórdeum.
 10 Spóliátus igítur cásūs cum flerét suos,
 Equídem, inquit alter, mé contemptum gaúdeo,
 Nam níhil amīsi néc sum laesus vulnere.

Hoc árgümentó túta est hömīnum ténüitas:
 Magnae períclo sūnt opēs obnóxiae.

Lis i winogrono

(Phaedrus IV, 3)

- Famé coacta vülpēs alta in víneā
 Uvam ádpetēbat súmmis säliens víribus;
 Quam tángëre ut non póttüit, discédens ait:
 Nondúm matúra est: nólo acerbam súmere.
 5 Quí fáccëre quae non póssunt, verbis élevant,
 Adscribere hoc débēbunt exemplúm sibi.

Lis i kozioł

(Phaedrus IV, 9)

Homo in perículum símül ac vénit cállidus,
 Répërīre effügiüm quaérit alteriús maló.

Cum decidisset vulpēs in pūtēum inscia
 Et altiōre claudēretur mārīne,
 5 Devēnit hircus sītīens in eundēm locum;
 Simūl rogāvit, ēsset an dulcis liquor
 Et cōpīosus?

Ílla fraudem móliens:
 Descēde, amīce: tánta bonitas ést aquae,
 Volúptas ut sātīári non possit mea.

10 Inmísit sē barbátus. Tum vulpécūla
 Evásit pūtēo, nixa celsis cōrnibus,
 Hircūmq̄ clausō líquit haerentēm vado.

O błędach ludzkich

(Phaedrus IV, 10)

Perás inpōsūt Iúppiter nobis duas:
 Prōpriīs replētam vītīs post tergum dedit,
 Aliénis ante pectus suspendit gravem.

5 Hac ré vidēre nóstrā mālā non pōssumus;
 Alií simul delinquunt, censōrés sumus.

Waż czyli szkodliwe miłosierdzie

(Phaedrus IV, 19)

Qui fert mālīs auxiliūm, post tempūs dolet.

Gelū rigentem quídam cōlūbram sustulit
 Sinūque fōvit, cōntra se ipse mīsericors;
 Namque út refecta est, nēcūit hōmīnem prótinus.

5 Hanc ália cum rogāret causam fáctinoris,
 Respōndit: Nēquis díscat prōdesse inprobis.



ERRATA

- Str. 74, w. 10 od dołu, zamiast: ~~gratuito~~ — ma być: gratuito
„ 12~~4~~, „ 14 „ góry, „ listy 16—21 zawierają nadto odpowiedzi
bohaterów. — ma być: listy 16—21 zawierają listy bohaterów
i odpowiedzi kochanek.
„ 127, „ 1 od dołu, po ostatnim wyrazie dodać: oraz tr. ozn. str. czynn.
czas. przyszł. niedok. konjug. III i IV.
„ 130, „ 8 od góry, zamiast: ~~Iudicis~~ — ma być: Iudicis
„ 159, „ 6 „ dołu, „ ~~dotali~~, „ „ dotali
„ 167, „ 3 „ góry, „ ~~Cürřä~~ „ „ Cürřä
-
-

